

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Platonis Theatetus, vel, de scientia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-254

qui proprium ponemus, malum autem alienum? An malum malo proprium, & bono bonum, neutro denique neutrū? Singula hæc singulis propria nobis esse videntur. Rursus, o pueri, in eos quos à principio de amicitia redargimus, sermones nunc incidimus. Nam iustus iusto, malo malo non minus amicus erit quam bonus bono. Ita videtur. Quid porrò si bonum, & proprium idem esse dixerimus, nonne bonus bono duntaxat amicus? Omnino. At istud quoque confutatum à nobis iandudum existimauimus. Recordamini? Optime. Quo igitur sermone deinceps utamur? ad nihil videlicet. Operari precium itaque est instar sapientum in iudicij quæ dicta sunt, enumerando resumere. Si enim nec amantes, neque amati, nec similes, neque disimiles, nec boni, nec proprii, nec alia quotunque dinumeramus, quorum propter multitudinem haud memini, si inquam nihil existit amicum est, nihil equidem quod afferam, amplius habeo. Cum ista dixisset, cogitauit quendam è maioribus tam mouere, sed illico tanquam dæmones quidam pedagogi tam Lysidas quam Menexeni, vna cum fratribus illorum, domum eos redire iussent. Hesperus enim venerat. Primum itaque nos, & alij circunstantes pedagogos repulimus. Sed cum nihil nos curarent, et barbare quedam ingenerentes graniter ferrent, simul pueros vocarent, illorum procacitate victi, cœrum disoluimus. Videbantur enim nobis, quia festo succubuiscent, nihil habere, quod in medium afferent. Postea iam abeuntibus illis, ad Menexenum Lysidemq; conuersi, hæc breuiter intuli. In praesentia ridiculi inepti, evasisse videmur, tam ipse grandis natu, quam uos pueri. Siquidem isti abeuntib; nos carpent, quod amicos inuicem nos esse putemus, ego enim me vobis an numero, cum nondum quid amicus sit, inuenire potuerimus.

se, nisi quid est scientia, nouerit. Præterea superflua responso est. Nam cum posset paucis complecti ipsius scientie rationem, dinundans singulis infinitum iter ingreditur. Affer post hæc Protagoræ definitionem, scientiam sensum esse dicentis. Hominem quippe Protagoras rerum omnium mensuram esse censet, existentium quidem ut sunt, non existentium autem, ut non sunt, & qualibet cui sensus. Scientia autem ut sunt, tales sentiri. Quales sentiuntur, tales phantasie, id est sensu interiori videri. Quo effici vult, ut sensus scientia sit. In hoc sancte Thales Milesius, Homerius, Epicarmus, Empedocles, Heraclitus, Protagoras consenserunt. Nam cum inquit Thales aqua omnium esse principium, & Homerius patrem omnium Oceanum, matrem Tethydem esse, omnia ostendunt in fluxu versari. Hos reliqui quos memorauimus, imitati, nihil esse unquam, sed fieri semper unumquodque dixerunt. Vnde nihil in se absolute tale possum esse quam tale, sed per motum, mixtionem, relationemq; unus ad alius, hinc quidem tale, illi tale, & fieri, & uideri. Quod omnina in motu sint, ex eo constare putant, quod à motu omnia sicut: quod autem à motu omnia, ex eo coniungunt, quod à quo quidque sit, per illud & conservatur. Sed tam illa quæ ad animam, quam quæ ad corpus pertinent, motu & exercitatione seruantur, ocio torporeq; perirent. A motu igitur omnia. Præterea quandiu calorum sphærae mouentur, miscentur quatuor elementa. Quantitas ista miscentur, eatenus inferiora giguntur: quæ postquam genita sunt, exercitatione seruantur. Hæc igitur omnia motus efficit. Addunt quid ex calore generatio, calor ex motu solis vel collisione corporum pronenit. Quod autem nihil secundum seipsum unum aliquid sit, sic exemplo inducunt: albedo, & quies, que color, nec oculorum aspectus est, neque corporum motus, sed ex aspectu motuq; medium quiddam resultat, id est talis circa oculos passio. Et ex diversa aspectibus dispositione varioq; intuendi modo, colores varij, & alias alij, & videntur, & sunt. Præterea radiorum motus uarii corpora pulsans, oculosq; seriens, diuersas & omniaformes imagines offert. Quinetiam se per diuersis hominibus animalibusq; circa idem diuersus color apparet & est: saepe quoque eidem, & circa idem, quanquam non eodem, sed alio tempore, ob natura ipsius mutationem. opinantur igitur quicquid est, esse motum. Motus autem species duas, vnam in agendo, in patiendo alteram. horum motuum communione, omnia, ut ipsi aiunt, conficiuntur. Euentus specie gemini, numero infiniti sunt, sensibile videlicet, atque sensus, qui cum sensibili fit semper atque congrederitur. Quoties enim sentiendi vis aliqua, & aliquid illi consonum vna colerent, eorum concursu duo quedam proueniant: circa id quod obiectum est, species sentienda, color, sapor, odor, ceteraq; huiusmodi: circa vim anime, sensus. Quibus disiunctis, ista non sunt. quo sit, ut ex ijs quæ quinque sensibus offerantur, nihil talis natura vel tale sit, sed cum sensu congreganti alijs aliud sit. Nihil enim agens vel patiens secundum seipsum est, sed in alterno congressu vtrunque. Quare nihil seipso unum aliquid est, sed ad aliud & alicui semper fit, nec est unquam, verum fit, fluitq; semper. Hæc autem ex eo redarguit Socrates, quod ebris, & hi qui Phrenesim patiuntur, & infani & dormientes cum somniant, neconon qui sensus alio quodan modo corruptos habent, vera sentire se, & cegitare affirmant, cum omnia tamen illorum visa falsa esse dicamus. Quo efficitur, ut non omnia que videntur, vera sint. In eandem dubitationem cadunt, quæcumque vigilantes sobrijs sentire dicimus. Nam equum fermè tempus sonno, & uigiliæ vicissim damus. Idcirco dubium est, utrum hæc an illa potius somnia falsa sint. Qui vero apparentia omnia vera esse opinanti uolunt, sic utique responderent, quod varie agentium patientium affectiones diuerfa producunt: & obiecta quæ sentiuntur, agunt secundum patientis sensus affectionem. Hæc in vigilante, & dormiente, & egrotante, & bene valente alia est. Quapropter & alia iudicia sunt, omnia tamen vera: quia omnia cuicunque talia sunt, quæalia indicantur. Meminiisse enim oportet quod supra dictum, nū sui natura absolute unum aliquid esse, sed ad alterum, & alteri, & alterius esse, quidquid aliquid est. Imo fieri quicquid fit aliciquid, esse vero nihil. Hæc itaque sibi inuicem consonant: secundum Homerum & Heraclitum, omnia fluere: secundum Protagoram, rerum omnium mensuram esse hominem: secundum Theætatum, scientiam esse sensum. Aduersus eos ita Socrates argumentatur. Si sensus scientia est, bruta quæ magis quam homo sensibus ualeat, scientia præstabitur. Item si vera sunt quæcumque videntur, cuiuslibet hominis cogitationes æquæ rectæ sunt, nec ullus alio sapientior, nec homine deus. Accedit ad hæc quid manis esset docendi, disputandi, redargue di facultas, cum nihil discere oporteat eos, qui vere de singulis indicant, neque

PLATONIS THEAETETVS, VEL, DE SCIENTIA.

EPITOME MARSILII FICINI IN THEAETETVM, VEL, DE SCIENTIA.

DILOGVS de scientia Petre Medices insurgit altius, & dignas miro ingenij tui acumen quæstiones mouet, quarum capita, solutionesq; in hoc compendio summatum amaduerter. Vbi quid scientia non sit, quid sit, & unde, & quomodo, disputatum reperies. Socrates quidem quid scientia sit, interrogat. Theætetus autem respondet scientiam esse geometriam, arithmeticam, ceterasq; huius generis disciplinas, & artes singulas. Hanc Socrates responsem tanquam interrogationi minus congruam ressulit. Quia cum interrogaretur quid scientia sit, non per enunciatus, sed quod scientia sunt, enumerat, & cuius scientia sunt, rationes vi exponit. Qui enim arithmeticam dicit, non scientiam ipsam, sed numerandi scientiam: & qui geometriam, metiendi scientiam dicit. Deinde ridicula responso est, cum per ignota reddatur. Ne mo enim potest quid hæc scientia numerorum vel figurarum sit, nos

Socratis cō

futato pre

dolorum.

Responso
Protagora
ad SocratiAltera Se
craus cōfus
tatio.

neq; inquirenda sint quæ quisque possidet, neq; redargendū aliquid sit quandoquidē cogitationes quælibet veræ sint. Præterea si idem est sentire ac scire, vt videre atque audire, cùm primū literas inscribunt pueri nondum eruditæ, vident eas, scūti igitur: aut si nescire dicantur, dicantur etiam non videre. Et cùm primū barbaros sua pronunciantes audimus, nondum illius linguae perit, sicut audire, sic & scire quæ proferunt affirmabimus. quod si quis intelligere nesciet, neget similiter & audire. Respondebit ad ultimum hoc Protagoras, quod videmus andimesue, scire: quod ignoramus, nec sentire quidem. Ut in literis figuram, situs partum, & colorem pueri vident, & videntes scūti. Voces barbaræ audientes, mox accutum, & grāuē ut audiunt ita scūti: literarum verē vocumq; significata cum non scūti, prorsus ignorant. Contrā illum sic inferitur. Ex hoc, d' Protagora, sequitur, vt cùm significata scūti, alio quodam quām sensu scūti. Scientia itaque aliud quidam est quām sensus. Item si videre scire est, non videre nescire erit. Quod autem quis videt dicitq; & meminit, scit. Sepe verò id non videt, ergo & nescit, quapropter idem simul & scit & nescit. Præterea si uno oculo aliquid videoas, alio clauso mibz cernas, illud vi des pariter & non vides. Quare litigiosus quipiam dixerit. Si videre scire est, & non videre nescire, idem sic simul & nescit.

Adde quid cum quid eminus & confusè prospicis, vides quidem, nescis tamen, cùm dubites. Non igitur scientia sensus est. Responderet fortè Protagoras, primo quidem de memoria & scientia distingendo. Nam cùm primū sentiendo quis patitur, memoriter tenere incipit, deinde etiam non patiendo meminit, cùm iterum idem sentit patiturq; reminiscitur, in primo quidem scit actū, non habitu: in secundo, habitu: non actū: in tertio, & actū simul & habitu, quare interdum & scit & nescit. Neque tamen hec contraria. Nā non eodem modo quo scit ignorat. Ergo cùm non videt, memint tamen, scit habitu, actū nescit. Hęc verò contraria non sunt. Et cùm à Socrate dicitur alio sapientior, respondebit Protagoras nō ex eo sapientes quodam, insipientes alios esse vocando, quod alij vera, alij falsa opinentur. Nam optimari vnumquaque illa quæ quisque patitur, pati ea à quibus mouetur, moueri ab his quæ agit, agere illa quæ sunt, quæ sunt, vera esse. Ex quo omnes opinari vera concludit, non tamen omnes bona atque decora. Sapientes assert eos, qui bene affecti quæcumque offeruntur vna suscipiunt, bonasq; fibi putant, & vt putant, sunt. Insipientes illos, qui male affecti, mala indicant, & mala fibi sunt quæ iudicant. Contrā id quod dicitur, omnes vera opinari, sic Socrates. Accedit in omni vita & singulis facultatibus, vt existimemus in quibusdam nosmet ipsos vere iudicare, in nonnullis alios. quisque enim facultatem aliquam proficitur, & alteri in aliena arte concedit. Aut existimatio hac vera, aut falsa est. Vtrique sequitur, non omnes homines verē putare. Nam si vera existimatio illa, verū erit quod quidā in multis verē indicat, in quibus nos falsò opinamur. Non omnes igitur vera opinantur. Si falsa, ergo in hoc saltem sepe decipimus, quare non omnis opinio vera. Cunctam sèpē contingit, vt quæ vnu, vt vera cogitat, ab omnium aliorum opinione abhorreat. illa igitur illi vera, falsa alij videbuntur. Erit igitur falsa, tamen plus quam vera, quo plures sunt quibus falsa quam quibus vera putantur. Non ergo mensura rerum illa, sed alij. Quare non omnes mensura rerum omnium sunt. Item Protagora sententia, quod omnis opinio vera sit, Paradoxon est, & præter omnium fermè sententiam, ex quo omnē penē genus hominum falsam eius opinione censet: quod si vera est omnis opinio, verū & hos vniuersale iudicium. ergo vt falsa putatur, ita & est Protagore ipsius positio, qua dicitur omnēm opinionem esse veram. Nam seipsum, ita dicendo, falsam esse concedit. Et si dixerit falsò putare illos, qui ab eius dictis abhorrent, hinc quoque idem sequitur, non omnem sci- licet opinionem esse veram. Præterea qui ignorat, mensura eius quod ignorat esse nequit. Qui dubitat, ignorat: omnes homines dubitant, multa ergo ignorant. Non omnes itaque omnium mensura sunt. Cumq; dicit, qualia cūque singula videntur, talia sunt, ab errat. Quæ nāc medicine artis ignarii salubria corpori noxiæ ne videntur, non semper talia sunt, sèpē illos opinio fallit: & quæ utilia vel noxiæ in reipublicæ administratione cives deliberando discernunt, non semper reipublicæ talia sunt. Obfunt enim multa, quæ profutura sperabant: & quæ nocitura, profundunt. Quod si ipsum salubre, & utile non sola opinione hominumq; consuetudine constant, sed aliquam spatiæ natura substantiam habent, multo magis honestum ipsum utque bonum, quippe utilium principium est, & finis. Quapropter nec in his quæ ad corporis curam, nec in illis quæ ad animam & reipublicæ gubernationem spectant, qualia cūque singula videntur, talia sunt. Etenim si quæcumque viden-

tur, talia essent, quoties quis futura prædicteret, verē nimirum præsigere. quod quidem falsum est: Raro enim futura talia remittunt, qualia cogitantur. Et si quis de futuris indicat, non quis id agit, sed artifex de his quæ ad eius artem spectant. Ut futuram febrem medicus potius quam musicus, futuram consonantiam musicus melius quam medicus prædictet. His denique consutatis occasionem sumens Socrates à libertate vel seruitute loquuntur, de libertate philephantum, & seruitute ciuilium ac rhetorum disserunt, qualis sit vtrorumq; vita: quod philosophi finis est, ab humanis malis ad superna bona descendere, de præmio eorum qui cælestia petunt, panis eorum qui terrenis inhiant. Quia digressione peracta ad propositam questionem revertitur. Eius fundatum erat Heracliti sententia, quid omnia moveantur. Cuius contrarium Parmenides, &

Melissus, & Eleates Zeno senserunt. Omne enim vnum & immobile posse. Quorum dogma Plato in libro De vno rerum omnium principio, quem traduximus, exponit & approbat. Contrā verò nide dicte, Heraclitum & Protagoram à motu divisione differere incipit. Motus omnia esse tuus duo sunt genera. Unus secundum locum motus, secundum rei naturā alter. Lato illa alteratio hec dicitur. Lationis species duas, transitus & circulatio. Quia vel de loco ad locum fit transitus, vel circa locum vnum eundemq; circuitus. Motus verò in ipsa rei motionum motu natura, aut secundum substantiam, aut circa quantitatem, vel qualitatem efficitur. Si secundum substantiam ad ipsum esse quid mouetur, generatio: si ad non esse, corruptio. Secundum quantitatem ad manus, incrementum: ad manus, decrementum dicitur. Motus qui de qualitate in qualitatem, affectio nominatur. Sortitur deinde varia ex varijs qualitatibus nomina. Nam qui ad calorem, calefactio: ad frigus, frigefactio: ad colorem, coloratio, similiterq; de ceteris. Distinctio premissa querit Socrates, si mouentur omnia, vtrum duobus illi motus generibus singula, aut uno quodam multa, duabus alia mouentur. Si uno quodam multa, sequitur non magis illa moueri quam stare. Nam si modò quodam mouentur, quodammodo & quiescent. Opinio verò illorum non id vult, sed omnia omnino sine vlo statu moueri. quo sit vt omnibus motibus agitentur. Ergo dum res è loco ad locum feruntur, ex affectione interim in affectionem ingiter transeunt, vt ex calore in frigus, albedine in nigredinem, vel contraria. Queritur, vtrum sub vna quadam harum forma aliquantulum maneant, necne. Si manent, sequitur vt non omnis status sit expulsus. Si non permanent, dum quid calidum aut album pronuntiatur, definit calidum esse vel album. Imò prius quam pronuntiatio incepta definat, definit esse forma. Vnde nihil vñquam verē pronuntiatur aut percipitur: nec magis calidum illud, quam non calidum, album quam non album est prædicandum, cùm in nullo constat, & sit & non sit pariter dum profertur. Quam ob causam rerum forma nobis ignota sunt, Idem de sensu dicendum. Nam nec visus in visione, nec in audiendo auditus momentum permanet. Quocircu non magis videre aut audire, quam non videre, & non audire contingit, etiam dum videre & audire nos profitemur. Ex quo sequitur, vt sublati sensibus sublata sit & sensum veritas: qua sublata, nullo modo dicendum sensum scientiam esse. Addit & aliam rationem, ad cuius intelligentiam aduertendum est, quod Plato nullam corpori cognitionem tribuit, quemadmodum nullam vitam. Quod vivit, id sentit: vivit anima, & anima sentit. In corpore autem nec vita nec sensus, sed vita sensusq; opera declarantur. Ideo quos sensus quinque alij vocant, ipse organa quinque sensus appellari vult, nihilq; his instrumentis sentire, sed per hos, quasi meatus ab vna quadam anima vni sentiri singula putat, quem sensum communem vocat, in quem vndisque è singulis corporis organis, vt ad centrum circuli e circumferentia linea, varie passiones influunt. Colores quidem per oculos, per aures soni, per narē odores, saporesq; per lingham, denique per totum corpus calor, frigus, humidum, siccum, graue, leue, molle, durum, lene, asperum, rarum, densum, acutum similiter, & obtusum. Quod anima ista non multis sed vna vti sentiat, patet: quia sentiendo colorem, dicimus non esse vocem: & saporem sentiendo, non esse odorem pronunciamus. Non potest alius ab alio distinguere, qui non vtrunque cognoscit. Nullum organum eadem que & alius organum porrigit: & si eadem, non eodem modo. Idcirco eorum que sentiuntur distinctio, non in organis est, sed in vna quadam vni anima percipiente singula, & singula simul à singulis distinguente. Quæ cùm ipsa hec omnia sola posita, quod nec etiam Peripateticī negant, quid multis sensibus opereret? Hic sensus quem communem vocant, omnibus animalibus statim natus inest. Præter quem est & alia vis, quam phantasiam, opinionem, cogitationemq; nominat. Cuius officium est, de his,

phantasia, que communis sensus per organa quinque sensit, iudicare non quale opinio, cogi solam, sed quid sunt, quod eorum unumquodque idem est secum, ab alio aliud, unum seorsum, incola vero simul duo vel tria, similia item & dissimilia, bona, vel mala, pulchra, turpia, utilia, noxia, & a uno in aliud ratiocinando percurrere, aliud applicare munē apud cūm alto, & præterita & futura cūm præsentibus comparare. Itaque bac nū essentiam, unitatem, numerum, idem, alterum, similitudinem, dissimilitudinem, pulchrum turpe, bonum, malum, vtile, inutile iudicamus. Quod equidem indicium cūm non statum natis adit, sed longo post tempore, nec omnibus animalibus, sed quibusdam, patet quod alia quadam vi præter communem sensum hec percipiunt. Hancphantasiam perfectam, & opinionem nū caput. Quæ tamen ipsa non sufficit. Nam hæc omnia proprio quodam, & particulari modo, certo sub tempore locoq, & conditione iudicant. Scimus autem nos de iisdem in genere, & universali modo etiam iudicare, non quid nunc homo hic, vel ubi hoc utile, verum quid ipsa semper humanitas, quid passim utilitas ipsa sit. Ideoq; alia nū opus est, quæ universales rationes rerum generalium percipiens de multis discurrat in altam, discurrendoq; argumentetur. Quod quidem in nobis fieri dum syllogismos nēlimus, nemo dubitat. Hanc rationem vel cognitionem dicimus univerſalem: cūm opinionem ipsam particularē rationē cognitionē nūcupemus. Ad hanc denique accedit, quæ omnes rationes rerum non discursu, sed simpliciter intuitu percipit. nam supra motum ac tempus, status & aeternitas esse debet. Motus quidem & tempus in ratione: in mente status est, & aeternitas. Non enim aliud post aliud dicit, sed simul omnia tenet. Supradem mentem ipsa anima vivitas est summa boni chara. Eler, quæ non rerum rationibus idemq; sed primo rerum omnium principio, quod ipsum unum est, tangitur. Cum omnes animæ vires, quæ in cognitione versantur enumerantur, & scientia in cognitione consistat, in qua potissimum vi scientia sit, videndum. Sensu quidem non conuenit, vt multis iam rationibus constituit, & hac præcepit, quia sensus ille communes essentias rerum non indicat, sed passiones quidam corporum solummodo percipit. Quisquis ignorat essentiam, ignorat & veritatem. Qui veritatis est expers, à scientie nūnquam alienus. Non ergo in sensu scientia, ubi anima non per se, sed per corpus percipit, atque ideo sepe decipitur. Sed inphantasia forsitan, & opinionē consistit, ubi essentias iam percipimus, & anima per seipsum sine corporis ministerio iudicat. Atq; hac sententia secundum loco Theæteto placet, quod scientia sit opinio, non quilibet tamen, sed opinio vera: falsa autem opinio, ignorantia. Cum vero Theætetus opinionem in duo distinxisset, veram, & falsam, quæscuit illico Socrates, quomodo falsa opinio esse posset. Vnumq; supponit, quod quisquis opinatur, aut ea quæ nouit, aut q; non nouit opinatur. Vnde in hunc modum ratiocinatur. Qui opinatur falsa, nunquam ex eo falsa opinatur, quod putet aliqua quæ nouit, alia quædam esse quæ etiam nouit. Nam qui utraque noscit, aliud pro alio nūnquam accipit. Nec quæ non nouit, alia quædam quæ non nouit. Nihil enim de illis quis iudicat, quæ nūnquam in cognitionem reverunt. Neque quod nouit, id quod nūnquam nouit: aut contraria quod non nouit, id quod nouit esse. Quis enim pro ignoto notum, vel pro noto ignotum accipiat? Hisigitur modis opinari falsa, nullus posse videtur. Forte vero alio quodam pæcto falsa homines opinantur, cūm ea quæ non sunt, opinantur. Ex quo falsa opinio erit, ea quæ non sunt opinari. Sed neque id fieri potest. Quisquis enim videt, unum aliquid videt: qui unum aliquid videt, existens quoddam videt: qui vero non existens videt, nec unum aliquid. Qui non unum aliquid, nihil: qui nihil videt, nec videt quidem. Ergo aut non videt, aut quod est videt. Similiter de auditu ac ceteris sensibus affirmare possumus. Quonobrem cūm opinio sensum sequatur, quicunque opinatur, unum aliquid opinatur: qui unum aliquid opinatur, existens aliquid opinatur. ergo quod est opinatur. qui vero non existens, etiam nec unum aliquid. Si non unum aliquid, nihil igitur. Si nihil opinatur, nec opinatur quidem. Itaque aut non opinatur omnino, aut quod est opinatur. Quapropter neque hoc modo falsa aliquis opinabitur, quod quæ non sunt opinatur. Accedit modus alius quo commutatio sit, ita ut aliud pro alio accipiamus: ut pro pulchro turpe, & pro utili inutile. quod quidem Socrates ita resellit. Opinari, secum ipso loqui est, dum nobis cummet interrogamus, respondemus, affirmamus atque negamus. Nec est locutio hæc intrinseca extrinseco sermone deterior. In extenso vero sermone nullus unquam dicit quod turpe est, esse pulchrum: & quod homo, bouem esse: quod par, impar, aut leviusmodi aliquid. Quare multo minus cogitando afferet, horum unum aliud esse. Nam aut noscit utraque, aut alterum solum. Si utraque, nunquam utique commutaret si alterum, neque sic etiam.

quod enim cognoscit, nunquam pro illo quod nondum in cogitationem uenit acciperet. quo sit ut nondum inuentum esse videatur, quod modo falsa opinio nobis insit. Vtitur hic Plato, & in Philebo, Sophista, atque Menone, sex nominibus ad eandem uim anima pertinetibus, ad sex illius officia significanda. Nam cūm post sensum communem anima eadem quæ & communis sensus apprehendit, operante potentia percipit, prima ipsa perceptio, imaginatio dicitur. Ut apprehensa conservat, memoria. Ut iterum quæ seruauit, in seipsa resumit, reminiscencia. Et cūm refuendo de alio in aliud quasi quadam ratiocinatio discurrat, cogitatio. Postquam uero discurſus peracto affirmatur aliud uel negatur, opinio. At uero cūm opinione percipita per sensum atque memoriam anima cogitatione refigens ita in hæc respicit velut in illa a quibus ista manarunt, & quæ imagines sunt res ueras esse putat, picturam quandam, &phantasiam Plato nominat. Et cūm ceream inducit effigiem, cerebri naturam nequaquam intelligit. Non enim dixit in corpore, sed in animo ceream effigiem esse. Cūm uero in incorporeo nihil sit corpore, per translationem quandam operumq; similitudinem potius, quam ita ut verba sonant, hæc intelligenda sunt. Neque in corpore sicut uult rerum imagines, neque in animo ab externis obiectis effigi, sed uel ex natura sua habere illas auctum, uel occasione ab exterris motibus corporisq; passionibus sumpta in seipsum sua ut formas rationesq; concipere. Quæ de his dubitat, Plotini summi interpreta Forma que sunt in anima, non ce sunt q; sunt extra. commentaria legat. His expositis ad opinionis falsos modos redendum est. Inducit plurimos Socrates, & multos respicit, & ut sophistarum fastum reprimat, sepe quæ concessa ab illis sunt, iterum atque iterum confutat. Tandem ex Platonis mente colligendum est, quod quando sensibile quoddam primo nobis occurrit, ensq; occurſus sensus in nobis efficitur, & a sensu memoria, aetende rursus idem nobis obicitur, memoriam præcedentem cūm sequente sensu comprehendimus, & in his iam dicimus Socrates, equis, ignis, ceteraq; huiusmodi. Atque hoc opus quædam nūcupatur, componentibus nobis præcedentem memoriam cūm recente sensu. Et quoties hæc Quæ res, quæ colligantur, iunctem consonant, opinio vera existit: si dissonant, opinio falsa. Nam si quis dum Socratis speciem in memoria seruat, Platonem ipsum offendat, potetq; se ob quandam similitudinem Socratis rursus occurvere, postmodum Platonus sensum vel opinionem ut a Socrate huiusmodi, memoria Socratis ipsum accommodet, opinio falsa refutat. Atq; hoc pæcto opinio falsa sit ex collatione sensus ad cognitionem. Fit & alio modo, collatione commutatio- neq; cognitionis unius ad alterius cuiusdam cognitionem. potest enim quis numerorum quorundam species, quæ in memoria latent, etiam absque presente sensu, cogitando inuicem permutare, ita ut X I I . pro X I . & contra X I . pro X I I . capiat. Verum dubitatio quædam subditur. Nam quicunque species seruat, scit ea quorum species habet. hos ergo scit numeros. Sin commutat, ignorat. Quare sensu eadem & scit, & ignorat. Respondendum, non esse absurdum ut si quis dum respondet, non habet quidem scit, acte ignorat. Quocirca his nihil impedientibus, duæ falsa opinionis species inueniuntur, & paulo ante exposita. Oritur & alia dubitatio. Quia si quis dum scientias duorum quorundam habet, commutando falso opinetur. & alterum pro altero capiat, videsur rem ipsam cuius habet scientiam, ignorare: & quod deterius est, scientia ipsa, non ignorantia ignorare, cūm ipsa scientia commutationis causa sit, ignorantia commutatio. Quod si ita est, cūm scientia ignorare nos faciat, nihil prohibet quin ignorantia scire efficiat. Respondet ad hæc Theætetus, ponendam in animo inseitæ sicut & scientia speciem, & qui alterum pro altero capiat, falli, atque ita per ignorantiam potius quam per scientiam ignorari. Responſo hæc minimè sufficit, quin eodem modo quo & supra, queretur, si commutatio eas inuicem species, utrum cognoscat utraque, aut ignoret, aut alteram norit, alteram ignorauerit. Vnde superior controversia omnino redibit. Item si ponenda species qua scientia noscitur, & qua inseitæ, iterum species alia quibus species hæc noscuntur, ponenda sunt, & alia rursus quibus illæ. atque ita in infinitum progressi. Quocirca non ita, sed aliter respondendum. Nam dividendum erat, ut Socrates supra tetigerat, quod non rerum notiones permutationis causa sunt, sed confusio notiorum, negligenter diurna, externa similitudo hanc exacte discussa. Non ergo scientia, in confusione, negligenter, deceptioq; ignorare videatur. quanquam hæc haud absolute iudicari prius possunt, quam quid est scientia, fuerit declaratum. Nam per lucem tenebras, per sonum silentium, per bonum malum, per verum falsum dico gnoscamus. Ante igitur quid scientia est, definiendum videtur, quam falsa opinio declaranda, se perficie illam comprehendere cupimus.

eupimus. Hinc Theatetus, scientiam esse veram opinionem afferit. Quod quidem ex eo confutat Socrates, quod oratoria facultas persuadet, non docet: qui persuadet, opinionem inducit, & opinionem veram, cum vera resert, neque tamen scientiam. Nam de his que in motu sunt semper, & aliis se aliter habent, certa numquā scienza est. Taliā vero sunt humana negotia, de quibus oratores agunt, præterea cum sepe ad ea credenda auditores inducent, de quibus ipsi dubitant, & quibus nunquam interficiuntur. Adit post hanc Theatetus Leucippi, & Cyrenei Theodori definitionem. Scientia est opinio vera cum ratione. & idcirco que rationem habent, sciri possunt: quæ ratione carent, minime. Et Prodicus Chrys Leucippum imitatus, elementa rerum, quia simplicia sunt, proptereaq; sine ratione, ignota esse afferuit: composita vero cum rationem habere possint, nota. Rationem quidem definitionem, & orationem quandam declarantem rei substantiam proprietatemq; intelligent. Quæ quia plura includit, subiectum & predicatum, interdum etiam copulam, id est verbum, & nomina, compositum quoddam significat. Elementum vero simplex, ideoq; rationis expers, & ignorantem relinquuntur. Duo que dicta sunt. Socrates confutat. prius quidem posteriori hoc, quo dicitur, Elementa, quia simplicia, ignota: quæ ex his effecta sunt, quia composita, nota. Deinde prius illud, quod scientia sit cum ratione opinio vera. Et exempli causa pro elementis literas accipit, pro composito syllabam. Verum quæ de his tradit, de rebus omnibus intelligi vult. Prima contraria illas ratio est. Quia quemadmodum composita ab elementis dependent, ita compositorum cognitio ab elementorum cognitione perficitur. Neque enim sine causa, quæ a causa sunt, cognosci possunt. Quapropter impossibile est, ignoratis elementis scire composita. Item sume compositum quoddam, ut ecce so, primum nominis Socrati syllabam. Vtrum syllaba hec utraque elementa est? An una quædam species ex elementis congerientibus nata? Si utraque, ergo quisquis syllabam hanc, so, nosset, utraque elementa nouit. Interrogatusq; quid est so, & o, respondebit. Et si s, & o, ignorabit, so, nunquam cognoscet. Nam qui utrumque nescit, nescit & ambo. Impossibile igitur est ignoratis elementis composita nosse. Sed dicet forte aliquis, syllaban, & manquaque speciem, non elementa, sed unum quoddam preter illa existere. Quem Socrates sic interrogat: Vtrum species hec, & syllaba partes habeat necne. Si habet, totum quoddam est, & omne. Totum vero, & omne, nihil aliud est quam partes omnes. quod in numeris patet. Etenim totus numerus, nihil aliud est quam omnes quæ continet unitates. atque ita species hec constabit ex partibus, & partes ex ipso quod erunt, totius erunt. Sicut ergo nota species, ita & elementa cognita. Nam si speciem noscitur, totum & omne noscitur. Si totum & omne, nullam ipsi ex partibus eius esse cognoscitur. Ergo singulas scit partes habere, singulas itaque noscitur: quas si ignoraret, vtrum omnes adint, necne, scire non poterit. Impossibile igitur ignoratis elementis speciem noscere. At si quis dicatur speciem ipsam vnam partes nullas habere, ex eo quod elementa quibus constat, partes eius non sunt: sequitur ut simplex, & impartibilis sit. Quare sicut elementum quia simplex, ignorantium dictum fuit, ita & species ipsa quia simplex, ignota esse dicitur. Ideoq; nullo modo fieri potest, ut ignoratis elementis species, quæ ex his sunt, noscatur. Quod ex eo quoque perspicue patet, quod in singulis artibus fundamentum eiusque artis intelligentia est, elementa rerum ipsarum de quibus ars ipsa agit, comprehendere. Alioquin labor omnis est irritus. Hoc denique confutato, Socratem iam principalem propositionem partem refellere incipit, ubi dicebatur. Scientiam esse opinionem veram cum ratione. Tria enim rationis nomine significari possunt, aut oratio, aut per elementa rei discursus, aut definitio. Si primum, omnes opinio scientia erit. Sicut enim vera seu falsa opinemur, quod sentimus sermone proferre valimus: ergo ratione opinabitur, etiam qui falsa opinabitur. Si secundum, quoties quis per elementa discurreat, scire dicetur. Id vero idcirco falsum est, quia elementa discurrendo transponere potest, ordinemq; perverttere, & elementum unius rei in aliam quandam referre, & unum elementum alterius accommodare. Qui vero ista confundit, scire non est dicendum. Si tertium, id est, definitionem intelligit, & scientiam vocat opinionem veram cum definitione, sic contraria illum argumentamur. Definitio interpretatione differentiae est: ideo quicunque definit, praeter rei communia differentiam propriam assignat. Sed qui Socratem vere, & Theatetum opinatur, vnum differentias opinando Socratis, & Theatetis percipit, necne? Si non percipit, nec vere opinatur, nunquam enim alterum ab altero vere distinguere, nisi differentias utriusque distinguere. Ergo eo ipso quo vere opinatur, differentias callet. Quare nihil opus est praeter opinionem veram, addere rationem, id est, differentiae notionem. Verum dicet forte quispiam, in ipsa

opinione sensum quendam imaginationemq; differentiae includi, potius quam certam differentie naturalis intelligentiam. ideoq; addendum in scientie definitione, differentie intelligentiam. Contraria hunc ita Socrates argumentatur. Absurda profecto definitio est, qua idem per item describitur. Cum vero dicimus scientiam esse opinionem veram cum ratione, id est, cum differentie intelligentia, scientia in ratione per scientiam definitus. Nam intelligentia differentiae, diffite redditæ scientie scientia est. unde scientia erit opinio vera cum scientia differentiae, quod dictu ridiculum est. Ex his omnibus iam false sophistarum definitiones redarguntur sunt. Prima, quæ dicebat scientiam esse singulas, quæ discuntur, facultates: secunda, quæ scientiam esse sensum: tercia, scientiam esse opinionem veram. quarta, scientiam esse opinionem veram cum sermonis prolatione: quinta, opinionem veram cum discursu per elementa: sexta, opinionem veram cum differentie imaginatione: septima, opinionem veram cum scientia differentiae. His denique redargutus videndum est quid Plato docet. quippe in sexto libro De republica Brontinum, & Archytan Pythagoricos imitatus, duo rerum genera ponit, intelligibile scilicet, & sensibile. Illud stable & incorporeum: hoc mobile corporeumq;. Viam ad illud noscendum rationem vocat, viam ad hoc sensum: notionem communem illius intelligentiam: huius, opinionem. Sed utrumque genus bisarian diuidit. Vult enim esse intelligibile primum, & secundum: in eo ideas, id est, divina mentis species notionesq; & mentes alias, & animas contineri: in hoc numeros, & figuræ. Numeri quippe & figuræ quamvis incorporalia sint, tamen quia divisionem aliquam suscipiunt, non pari dignitate quia impartibiles substantiae censenda sunt. Illorum cognitionem proprio nomine intellectum, horum cognitionem intellectualem vocat. Sensibile quoque pari divisione partitur, in primum scilicet, & secundum. In primo locat corpora omnia corporeas. In secundo umbras, & imagines corporum, sive in aqua, sive in speculis apparent. Et eas ita se habere ad corpora, ut mathematica ad diuinam existimat. Perceptionem corporum, credulitatem proprie nominat: umbrarum, imaginationem. Deinde circa umbras corporum, vel corpora, vel mathematica, scientiam esse negat, sed in solo intellectu diuinorum eam locat. Quod & in hoc dialogo significatur in principio, cum scientiam & sapientiam idem esse propinquaverit. Nam sapientiam esse diuinorum contemplationem ubique testatur. Quo vero differat intellectus ipse, id est, scientia ab opinioni, in libro De natura his verbis ostendit: Si intellectus veraq; opinio duæ res sunt, necesse est ideas per semet intellectu potius quam sensu comprehendendi. Sim vero, ut quibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nul differt, omnia quæ corporea sentimus, certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda, propterea quod utraque magna differentia distat: quippe quorum alterum doctrine nobis insinuat, alterum persuasionis assumptio. Alterum quidem semper cum ratione vera: porro sine vla ratione alterum. Alterum eorum nulla ratione traducibile, alterum natans incertumq;. Quid, quod recte opinionis omnis homo participes? Intellectus autem deus proprius, & paucorum admodum electorum hominum? Eadem sermè in Menone Philebōq; testatur. Quid ergo scientia est? Diuinarum rerum certa ratione comprehensio. Hac intellectu, primo ac semper. In ratione secundo, nec semper. Nam ratio cum inter intellectum opinionemq; media fit, quoties ad inferiora porrigitur, opinionis repletur erroribus, & diuina cogitare desistit. Cum vero ad mentem sui ducem conuertitur, diuinorum cognitionem habuit. Nam proprio nomine in mente sapientiam, in ratione reminiscientiam Plato nuncupat. Et ideo de obstetricia facultate per quam reminiscimur, hoc in dialogo disputavit, ut non modo quid scientia sit, verum etiam quomodo acquiratur intelligeremus. Imo & unde sit & per quem explicuit, dum diceret Socratem dei iussu obstetricio munere fungi. Est ergo scientia, diuinorum certa ratione comprehensio, in mente residenſ, in rationem proficiens, à Deo menti inserita, à dialektico practice in rationem deo aspirante reducta, rationem in mentem dirigens, mentem cum divinitate coniungens,

**

**EVCLIDES, TERPSIO,
SOCRATES, THEODORVS,
THEAETETVS.**



ODO'NE, o Terpsio, an iam pridem rure venisti? TER. Pridem satis, ac te in foro quæsiui, & miratus sum quod reperire nequiuierim. EVC. Non eram in Urbe. TER. At ubi? EVC. Cum in portum descendisse, offendit theatetum, qui Corintho e castris Athenas ferebatur. TER. Vnuus me an mortuus? EVC. Semiuius. vulneribus n. quibusdā afflitus est, & quad deterius, morbo et diurno in castris est cœfctus. TER. Nū dysenteria? EVC. Hac ipsa. TER. O quale virū refers in discrimine positiū. EVC. Praclarū admodum atq. optimis, o Terpsio: nā paulo ante nonnullos audiui, qui eu circa e militare miris laudibus extollebant. TER. Nec mirū id videri debet, inq longe magis mirandū esset, si contrā se haberet. Sed cur nō diuerit Megara? EVC. Properabat domū. Ego n. & consului & obsecraui, ille noluit. Quinetia comitatus ipm, cum ab eo discedere recordatus sum Socratis, atq. admiratus quād diuine & sēp alias, & de hic maxime vaticinatus fuerit. Nam paucis diebus antequā e tua decederet, obuiā factus Theateto adhuc adolescentiū, cū eo disseruit, eiusq. indole & probauit, & admiratus est. Deinde mihi Athenas profecto rōnes disputationis illius auditu maxime dignas singulas enarrauit, atq. insuper addidit, p̄st antem oīno virū futurū, si adoleuerit. Ac vera nīmū p̄dixisse videatur. TER. Certe. sed quinā sermones? nū referre potes? EVC. Nō verbis per sonū, sed literis. Etenim reuersus domū st̄ itim cōmentariis eos perstrinxit: deinde per oīnū reminiscēdo latius scripsi, & quoties Athenas proficiserer, si quid excidisset, Socrate interrogabā, atq. hic rediens emendabā. Quo factū est, ut vniuersa pene disputationis illa cōscripta sit. TER. Vera loqueris. Audīm. n. hac à te pridē, & ista noſſe cupiens, te q̄ſtūrūs huc ſepe acceſſi. Quid ergo nūc obſtat, quo minus percurrāmus? Enim vero quiete mihi opus est. Nā ex agro veniēs, defensus sum. EVC. Ergo quoq. Erineū vsg. Theatetu comitatus sum, quā ob rē libeter admodū requiescerē. Eamus ergo. Nobis n. ſedētibus puer aliquis perleget. TER. Probe. EVC. Hic, o Terpsio, liber est non ita cōpositus, quaſi Socrates mihi referat, ut reuera retulit, ſed quaſi cū illis p̄ſens diſputet, quibusq. diſputasse mihi narravit. Hos autē geometram Theodorus & Theatetu fuſſe dicebat. Ne igitur molestū effet, ſi inqua, & inquit, cōſenſit, & negauit, ſapiens interponeretur, his vitatis Socrate ipm vna cū illis diſputante induxi. TER. Scite Euclides. EVC. Hens tu, acceſſe libriū ac lege. SOCR. Si Cyrenei, o Theodore, p̄cateris mihi cura effent, q̄ ad eos ſpectant abs te potissimum exquirere, ſiqui illiſ iuuenes geometrica, aut alteri philosophia ſtudio ardenter incumberent. Nunc autē magis noſſros, quād illos am, potiusq. intelligere cupio quinā ē noſſris iuuenib⁹ in viros probos euasuri merito videantur. Hec ipſe pro viribus ſemper exploro, & ab alijs ad quos iuuenes confluere video, ſaep percontor. Te autē non pauci ſectantur, & merito. Nam & aliorū gratia, & geometria maxime, concurſus dignus eſſe videris. Si quē

igitur načus es memoratu dignum, libenter audirem.

THEO. Atqui, o Socrates, & me referre & te auſcultare decet quale e vestris ciuib⁹ adolescentē inuenerer. Qui ſi formosus eſſet, laudare illū vererer, nēcū forſita illius amore captus videri poſſem. Nunc autē ne mihi ſuſcenſas, neg turbes, non n. eſt pulcher. Similis tibi eſt,

Facieſ ſimiſ Socratiſ referuntur.

illius ſimilis naflo & prominentibus oculis, quamvis minus ille quād tu in hiſ modū excedat. liberē tecū loquor. ſcito in primis me nullā adhuc adolescentulū reperiſſe, licet cum multis versatuſ fuerim, tā mirabilē natura felicitate donatū. Difficile admodū eſt, reperiſſe hoīem ingeniosum.

ſimilis & p̄cateris mansuetū arg virilē. Equidē nec fuſiſ manuſtū atq; virilē reperiſſe vñquā existimo, nec eſſe video, qui ita natura ſint inſtituti. Ceterū acuti ut hic sagacesq; & memoriosi, & dociles, ut plurimū in iracundiam impetusq; p̄cipi-tes ſunt. proruunt n. atq; raptantur, quē ad modum ſine retinaculis naues, & furiosi potius quād fortes exiſtūt.

Graues autē ſaepē cū ad disciplinas ſe confeſſunt, ſegnes, torpētes, obliuioſi ſunt. Hic verò ita leniter, libere, ſua uiter, expedite, maxima cū māſueruſine ad disciplinas quæſtionesq; graditut, ut nec lubricus quietusq; olei flu-ſus mollior & ſuauior videatur, & ut mirū ſit tantū ingenium tā māſure iſta peragere. SOCR. Optima nūcias, ſed cuius noſtrorū ciuū filius eſt? THEOD. Nomē quidē eius audiui, ſed memoria excidit. Eſt autē medius ille eorum, qui nobis occurrebant paulo ante in platea, q̄ extra mēnia eſt. Is & ſocij ſuī quidā vñcti luſerūt, ac nunc peracto ludo huic adactare videntur. Auterē vtrū agnoscas, nēcne. SOCR. Agnoscō equidē. Suniensis Eu-phonij filius eſt, Viri, o amicē, proculdubio talis, quale tu filiū narrasti, probatissimi ante oēs, qui patrimoniu amplū reliquit. ſed nomen pueri non audiui. THEOD.

Theatetus, o Socrates, nomē eſt, patrimonium autē eius tutores diſpasse videntur. Veruntamen liberalitate mi-riſice pollet. SOCR. Generofum hoīem narras, iube huic illū accedere & nobis ſedere. THEOD. Fiat. O Theatete, accede huic ad Socrate. SOCR. Veni obſcero Theatete, ut meipm aī aduertam, quidē vultū praferā. Inquit enim Theodorus, vultū me tibi ſimilē eſſe. quid si vtrū ſuī noſtrū lyram ſimiliter teperatam aſſereret, vtrū conſeftim id crederemus? an musicusne eſſet prius inqui-reremus? THEAET. Inquieremus. SOCR. Et ſi calere periremus, crederemus vtrū ſimiliter mūſicā expertē, mi-nimē? THE. Nā eſt. SOCR. Nūc ergo ſi curā nobis eſt noſtrū vultū ſimilitudo, videndum vtrū pīctor ſit qui dicit nēcne. THE. Sic videtur. SOCR. Nunquid pīctor Theodorus? THE. Non aduerti. SOCR. Geometricus autē? THE. Maximū quidē, o Socrates. SOCR. An & aſtronomus, dialecticus, mūſicus, & reliquarū disciplina-rum peritus? THE. Mihi quidē videtur. SOCR. Dū ergo in aliqua corporis parte conſimiles eſſe nos p̄dicit, laudans quidam mīdo, vel vīcūperans, non multum illi ſidei adhibendū. THE. Non ut appetet. SOCR. Si quidē vero ab animi virtute ſapienciaq; laudaret, nōnne conueniret hec auſlienti, laudatum ipſum conſiderare, laudato autem ſeſe ostendere? THE. Omnino, o Socrates. SOCR. Vide, o amicē Theatete, tua interest ostende-re, mea conſiderare. ſcito cum Theodorus multos mihi tam peregrinos, quam cines laudarit, nullum maiori-bus ac te laudibus extuliffe. THE. Bene eſt, o Socr-

Cur in dia-
logis perso-
ne loquētes
introducan-
tur.

Nescient
quid lau-
dat aut vī-
tuperat, nō
eſt adhuc
daſides.

tes

tes. sed vide ne iocans dixerit. s o c. Nō est mos hic theodori. Verū ne renas quæ concessa sunt, obiciens quod hic iocis agat, ne restari cogaris. Non facile est eius sententiam refutare, sed audacter in cōcessis persiste. THE. Agendum est, si tibi videtur. Socr. Dic age. discis aliqua à Theodoro geometrica? THE. Evidem. Socr. Quæ verò ad astronomiam harmoniamq; & dialecticā spectant, discis? THE. Annitor equidem. Socr. Ego quoq; o puer, & ab hoc, & ab alijs, quos aliquid horū intelligere arbitror, & quo ad alia in his moderatè me habeo, exiguū verò quiddā dubito, quod tecū, & cum istis investigandū. Quare mihi respondeas oro. An non discere est, sapientiorem in eo fieri quod quisq; dicit? THE. Idipsum. Socr. Sapientia verò sapientes sunt quilibet sa-
An idem sit
sapientia &
scientia.

lo nostro responso posse, si dicamus lutum, & vel pup-
riorum, vel aliorum quorūcum artificum tantum addi-
mus: aut putas nomen quisquam rei cuiusquam intelli-

gnato sim-
pliciora
ti propriū.

git, qui nō nouit, quid sit ipsa? THE. Nullo pacto. s o c. Ergo neq; scientiā calceorū intelligit, qui scientiam mini-
mē nouit. THE. Non certe. s o c. Cerdonicam quoq; non
intelligit, quisquis ignorat scientiā, & aliam illa arte.
THE. Sic est. Socr. Absurda itaq; responso est, si quis
interrogatus quid scientia sit, artis aliquius nomine respon-
deat. Alicuius n. esse scientiam, cūm non hoc rogetur,
ille respondet. THE. Videtur. Socr. Præterea, cūm liceat
simpliciter ac breviter respondere, per immēsum circūna-
gatur. Quēadmodum in quæstione de luto, leue quiddā,

& simplex referri pot, quod terra humori cōmixta, lu-

15

tum est. Cuius aut̄ sit lutū, pratermittendū. THE. Fa-

cile nunc, o Socrates, ita videtur. Videris n. petere quod

nuper mibi, & Socrati huic tibi in noīe simili, disputationib;
in mentē venit. s o c. Quid istud, o Theatete?

THE. Theodorus hic de potestatibus scriptis magnitudinis tripedalis, & quinquepedalis, quod longitudine nō sint pedali magnitudini cōmensurata. Eodemq; modo discur-

Latera hu-
ris tetrago-
ni sunt me-
dia inter-
tria et quin-
que, & cū
eis sunt lon-

rens, & eliciens singula vsg, ad magnitudinē septem et
decem pedum, in ea tandem constituit. Nobis igitur id in

mentem veniebat, quia in finitæ numero potestates emer-

serunt, conandum est qui in unum comprehendantur, quo
oēs exprimamus. Socr. Nū igitur invenimus tale quid-

dam est? THE.

Mihi quidē videtur, consideratu quoq;

que, & cū

ei sunt lon-

gitudine in
cōmensura
bilia, poten-

tia verò cō-

mensurabi-
lia, produ-

ctum enim

illorum est
equale te-
tragono, ut

patet.

Non respon-
dere, rusti-
cum est.

qui vincet, nihilq; aberrarit, dominabitur nobis, & in-
lebit quicquid responderi voluerit. Quid siletis? Nūquid

ni sunt me-
dia inter-
tria et quin-

non, o Theodore, homo literatus rusticor? cupiens vos in
disputationē inducere, amicosq; & familiares inuicē fie-
ri. THE. Minimè hoc, o Socrates, rusticū sit. Sed ex his

que, & cū

pueris aliquē respondere tibi iubēas. Nam hæc disputandi
ratio insuet a mihi est, et assūscere nūc etas prohibet, hos

ei sunt lon-

aūt magis hac decent, & longè magis proficiet. Reuera
enim iuuentus in oībus proficit, & vt cœpisti, ne dimittas
Theatetū, sed eum interrogā. Socr. Audi hoc, o
Theatete, q; dicit Theodore? cui tu, vt opinor, libēter obe-
dies. Neg. n. fas est, vt hmōi in rebus sapienti viro iuue-

nitudo in

nī minus pareat. Ingenuè ergo responde, quid esse scien-
tia opineris. THE. Parendū est, o Socrates, quādo quidē

comensura

vos imperatis, siqua n. in re aberrauerō, corrigetis. Socr.

bilia, poten-

Faciemus proculdubio, si quo modo poterimus. THE. Vi-
dentur mihi scientiæ esse, q; quis à Theodoro discere potest,
geometria, & reliqua, quæ in superioribus enumerasti:

tia vero cō-

præterea cerdonū aliorumq; opificiū artes, & oēs, & sin-
gula nihil aliud, quām scientiæ sunt. Socr. Generosè
ac magnifice, o amicè, de uno rogatus, multa pro sim-
plici varia dedisti. THE. Qua rōne id ait, o Socrates?

mensurabi-

Socr. Fortè nihil dico, quod tamen pūte indicabo. Quo-
ties artem cerdonicā dicas, nihil aliud ait, quām conficie-
dorum calceorū scientiā? THE. Nihil aliud. Socr. Quid

litas, latus

porrò, cum tectonicam i. fabrilem artē? nū aliud quām
ligneorum operum scientiam? THE. Nil certe. Socr.

latus, latus

In utrisq; igitur id declaras, cuius utraq; scientia est?
THE. Profecto. Socr. Questio verò nostra non hac erat,
quorū scientiæ, & quot sint, non n. numerandi gratia
quærebamus, sed noscendi quid ipsa scientia sit. An ni-
bil dico? THE. Imo recte. Socr. Aduerte & hoc: si quis

latus, latus

nos de aliquo horū vilium vulgariumq; percōtetur, vel-
uti de luto, quid est, eiq; respondeamus, luto corū qui ol-
las, luto corū qui puppas, luto corū qui lateres singunt,
nōnne ridiculi videamur? THE. Fortè. Socr. Primo qui

latus, latus

dem quod putemus cum qui interrogat, intelligere ex il-

latus, latus

sionem illam de potestatibus, quemadmodum eas multas
 vna specie comprehendebas, ita & scientias multas vna
 ratione complecti. THE. Scito, o Socrates, me id sapienti
 mero conatum fuisse, dum has tuas quæstiones circumferri
 audirem. Verum neq; mihi ipse persuadere possum ido
 neum ad hæc me esse, fatigue habere, neq; alium audire,
 ut tu præcipis diffutantem, sed neq; ab inquisitione tamē
 desistere. SOC. Doles, o amicè Theatete, ex eo quod nō
 vacuo, sed grauidus es. THE. Ignoro, o Socrates, sed
 quid mihi acciderit dico. SOC. O ridicule, audistin' esse
 me filium obstetricis generosæ admodum acrisq; & toruæ
 Phanaretæ? THE. Audiri equidem. SOC. Num quid
 & in eadē arte versor audisti? THE. Nequaquam. SOC.
 Scito ita esse, nec me tamen corā alijs prodas. Latuit. n.
 habentus vñs, quid hoc arte prædictus sim, & hi reputa
 ignorantes, hoc quidem de me non prædicant, sed quid
 absurdissimam rem, hoīes in ambiguitatem induco, hoc
 audisti? THE. Id prorsus. SOC. Vt tibi causam huius
 Obstetricis. assignē? THE. Quidni velim? SOC. Quales sint obstet
 rices, cogita, ac facile quod volo percipies. Scis. n. quod
 nulla ex illis quandiu concipit parturientibus op
 Diana steri tulatur, sed cum iam ad foerum inepta sunt ipsæ. THE.
 les obstetri. Prorsus. SOC. Causam huius Diana ferunt, q; cū steri
 tes fieri re sit, partuum tutelam suscepit, steriles obstetrices fieri
 tuit. Vtuit, quoniam humana natura imbecillior est ad artes
 earum rerum, quas nunquam experta est, his aut quæ
 propter etatem concipere iam non possunt, id imperavit
 similitudinem suam honorans. THE. Verisimile id qui
 dem. SOC. An non id quoq; probabile, ac necessarium
 est, quæ prægnantes sint, & q; non, acutius ab obstetrici
 bus, quam ab alijs animaduerti? THE. Omnino. SOC.
 Quinetiam medelis, & incantationibus obstetrices exci
 tare, molliréne partus uexationes ualent, & agrè par
 turientibus opitulari, fœtusq; educere, & si intempestivus
 fore videatur, obtundere atq; retrudere. THE. Vera nar
 ras. SOC. Nūquid & hoc de illis audisti, quid tanquam
 pronubæ in conficiendis coniugijs aptissima sunt? quippe
 quæ optimè callent, quam cui iugare ad generosæ prolis
 procreatione oporteat. THE. Haud satis id noui. SOC.
 Imo scias in hoc gloriari nō minus, quam in vmbilici ip
 sis præcisione. Quid. n. alteriusne, an eiusdē artis esse
 putas, curare colligereq; terra fructus? & rursus digno
 scere, quod in solū, quam plantam, quodue semē iacere
 deceat? THE. Eiusde. SOC. In fœminis aut, o amicè,
 alterius facultatis hoc, alterius illud existimas? THE.
 Haud sane cœueniens est. SOC. Haud certè, sed propter
 Quare ob
 stetrices no
 lunt esse pro
 nubæ.
 iniusta absurdamq; maris & fœminæ coniunctionem, cui
 lenociniū nomen est, conciliandi matrimonij officium fu
 giunt obstetrices castæ, verenturq; ne pro laudabili studio
 lenocinij notentur. siquidē legitimis obstetricibus solis co
 menit reclē mares fœminasq; iugare. THE. Cōstat. SOC.
 Atq; id est, obstetricū officium, opera mea quodāmodo le
 uius. Neg. n. accidit mulieribus, vt aliquando simulacra,
 aliquando res veras pariant. Hoc vero haud facile
 discernere est, quod si coingeret, maximū præclarissi
 mumq; obstetricū munus esset, verū a falso discernendi.
 Ars obstetri. Tu vero quid sentis? THE. Idē profecto. SOC. Arti ve
 rò mea adest quicquid ad illarū obstetriciam diligentiam
 attinet. Verū in hoc p̄stat, quid maribus nō fœminis par
 turientibus succurrat, & quid aī arum fœtus nō corporū
 speculatur. Potissimum aut arti meæ hoc inest, posse vide
 licet diligenter examinare, simulacrum & falsum,
 an natū ac verum quiddam iuuenis cogitatio pariat.
 Quinetiam quod obstetricibus, idem & mihi accedit. Ile
 rilis sum, & sapientia vacuo: & quod mihi obiecērū
 multi, quid interrogē singulos, respondeam nulli, pro
 pterea quia nihil habeā, quod sapienter respondere possum, unquam.
 Verè nimium obiectant huius profecto hæc est causa: par
 turientibus succurrere Deus me cogit, generare prohibuit.
 Quocirca nō sum ipse quidē, vlla in re prorsus sapies, neq;
 extat aliquod meæ mentis inueniū ex me natū. Qui vero
 meū versantur principio quidē rudes apparent, sed mea
 deinde cōsuetudine hi quibus Deus ipse fauet, mirū in mo
 dum proficiunt, vt & sibjpsis, & alijs videntur. hoc
 tamen constat, quod nihil vñquā à me discunt, imo ipsi
 in seipsi segraria multa possidentes, inueniūt. Obstetricij
 sanè munera Deus & ego causa, quod hinc maxime co
 iectare licet. Nā multi quondam hoc ignorantes, seq; ipsos
 causam existimantes, me quidē spreuerūt, forte ab alijs
 persuasi: vnde citius quam decebat, à me discesserunt.
 Hi abeutes, ob prauam cōsuetudinē cetera aborsi sunt:
 atq; insuper quæ ego obstetricia ope ex aī & illorum visceri
 bus iam eruerā, male nutrientes, penitus perdidérunt,
 quippe cū falsa atq; simulacra verū nimū anteponerent.
 Postremū & sibi & alijs indecti sunt vñsi. Quorū ē nu
 mero vñs Lysimachi filius extitit Aristides, alijs per
 multi. Cū vero ad me revertuntur, cōsuetudine mea ite
 rum indigentes, eamq; mirificè affectantes, nōnullis sta
 tim dæmoniū meū congredi prohibet, quibusdam contrà
 permittit, qui denū valde proficiunt. Nam & hoc cū
 parturientibus cōe familiares mei patiuntur. Vexātur. n.
 & difficultate diu noctuq; multo magis quam illa replē
 tur. Que quidem dolorē tam excitare quam sedare arti
 ficiū meū valet. Atq; ita quidem isti habent. Quan
 doq; vero, o Theatete, qui fœcūdi non sunt, aduersi quia
 opera mea non indigens, eos libenter cū alijs in matrimo
 nium copulo, & vt cū Deo dicā, acutè præsagio quibus
 potissimum coniuncti proficiant. Quorum multos Prodi
 tradidi, multos et alijs sophistis diuinusq; hoībus. Hec, o
 optimè, oī a hanc ob causam altius repeti. Angi. n. te
 conceptū quadam grauidum sufficabar, quod & ipse pu
 pas. Cōmitte ergo te mihi tanquam obstetricis filio, &
 obstetricæ facultatis longè perito, & quæ per quiro anni
 tere pro viribus respondere. & si ex ijs, quæ dixeris dis
 cutenti mihi, simulacru potius quam verū apparens re
 futauero atq; abiecero, ne succēsas oro, quemadmodū pri
 mo partu puerperæ solent. Multi iam, o mirificè adole
 scens, aduersi me sic affecti sunt, vt vel morsibus inua
 dere uellent, siquando deliramentum aliquod illis abige
 rem, non putantes id à me benevolentia fieri, cū eos la
 teret quid nullus Deus malevolus est hominibus, nec egò
 tale aliiquid malevolentia facio. M̄hi plane nefas esse vi
 detur admittere falsum, ac verū refellere. Rursus igi
 tur à principio Theatete, quid scientia sit, vt potes, expo
 nere tenta: quod vero nō possis, nequaquam dixeris. Si. n.
 Deus voluerit, adiuvueritq; poteris. THE. Cū tu ita, o
 Socrates, iubeas, turpe esset, si quis suā sñi am nō profer
 ret. Videatur mihi quod quisiā scit, id sentire quod scit: et
 vt nūc appetat, nihil aliud sciētia est, quam sensus. SOC.
 Secunda de
 finitio, scim
 tiā effe sum.
 Quām generose respondisti, o puer. sic enim loqui eum sum.
 qui

qui quicquam definire velit, oportet. Sed id communiter consideremus, utrum factus hic solidus, an uanus existat. Sensem autem scientiam esse. THE. Aio. s.o.c. Vide ris viri definitionem sciencie haud abiectam intulisse, sed quam Protagoras modo quidem alio, eadem tamen intentione induxit. Inquit. n. rerum omnium mensuram hominem esse, existentium quidem ut sunt, non existentium vero, ut non sunt. Legisti unquam. THE. Legi quidem sequitur, mero. s.o.c. Nonne sic ait: qualia singula mihi uidentur, talia mihi esse: qualia vero tibi, tibi quoque talia: homines autem viri simus. THE. Sic certe ait. s.o.c. Atqui probabile est sapientem virum nequaquam nugari. sequamur igitur. An non sepe flante vento eodem, aliis nostrum riget, aliis minime? Et hic quidem leuiter, ille uehementer? THE. Procul dubio. s.o.c. Utrum dicemus tunc uentum ipsum in seipso frigidum, aut non frigidum? vel Protagoras credemus, quod rigent sic frigidus, non riget minimè. THE. Videntur. s.o.c. Nunquid ita viri simus apparere? THE. Ita. s.o.c. Apparere autem sentire est? THE. Est. s.o.c. Phantasia itaque et sensus idem in calidis ceterisque huiusmodi. Qualia namque sentit quisque, talia cuiusque videntur esse. THE. Videntur. s.o.c. Sensus igitur existentis rei semper est et falsus nunquam, quippe cum scientia sit. THE. Apparet. s.o.c. Nonne per Gratianum numina egregia sapiens Protagoras erat? Et hoc nobis plebeis istis per inuolucrum quoddam dixit, discipulis autem in adyis ueritatem explicuit. THE. Quo pacto id, o Socrates, inquis? s.o.c. Dicam, nec contemnda quidem, quod nihil in seipso unum certum est, neque recte ipsum ex se hoc quiddam, aut quale quid denominare potes. Et n. si magnum appellas, rursus paruum etiam appetet: et si grave, leue sterum. Eademque de ceteris ratio, quasi nihil sit unus, aut aliquid, aut quale. Sed ex ratione motusque et alterna coniunctione sunt omnia que esse dicimus, non recte denominantes. Nihil non est unquam, semper autem sit. Et in hoc oes excepto Parmenide cōsenserunt, dixerunt omnia Protagoras, Heraclitus, Empedocles, et poëtarū in utroq. semper trā pōemate summi, in comœdia Epicharmus. Homerus in mutari.

Oes sapientes, excepto Parmenide, dixerunt tantū exercitus, eiusque duce Homerū pugnare audeat, quin ridiculus habeatur? THE. Arduum est, o Socrates. s.o.c. Arduum absque dubio Theate te, presentim cum hec huic sermoni arguento esse possint, quod ut esse, aut fieri quicquam videatur, motus facit, non esse autem et interire, quies. ignis enim calor qui alia dignit, et regit, ipse ex ratione frictioneq; efficitur: hic aut motus est an non hec ignis origo? THE. Hac certe. s.o.c. Quinetia animalium genus ex eisdē nascitur. THE. Quid nō? s.o.c. Quid corporū habitus? an non otio et torpore corrumpitur, exercitatione autem motus plurimum conservatur? coſſerere ad THE. Ita. s.o.c. Animæ quoque habitus disciplina et meditatione, quae motiones sunt, doctrinas consequitur, seruatur, atque perficitur: Otio autem i. negligentia, et pigritia, nihil penitus dicit, et si quid didicerit, obliuiscitur. THE. Et maximè quidem. s.o.c. Bonum itaque tam in anima, quam in corpore motus est, quies vero contrarium. THE. Videntur. s.o.c. Præterea in his que serenitates tranquillitatesque vocantur, hoc affero, quod quietes putrefaciunt

atque perdunt, alia vero conservant. itaque Colophonem nunc denig cogam, ipsam scilicet catenam auream rum Catena aurea Home- pens, quam quidem nihil aliud prater solem Homerus ri. intelligit: quia quoque solis circuitus perseverat, omnia tam deorum, quam humanum sunt, atque seruantur. sicut tē hoc quasi ligatum staret, confestim omnia dissolueretur, eueneretque quod dicitur, sursum deorsum omnia. THE. Mihi quoque, o Socrates, eadem que dicas sentire videtur. s.o.c. Cogita igitur sic, o optime, circa oculos: primum quidem colorem quem dicimus albū, non esse ipsum aliud quicquam extra tuos oculos, neque in oculis, neque illi tu locū certum attribuas. Nam enim esset in ordine maneretque, nec in generatione ulterius esset. THE. At quo? s.o.c. Sequamur sermonem superiorē, nihil secundum seipsum unum quiddam ponentes, atque ita nobis niger albusque et quibus aliis color ex incurva oculorum motu debito genitus appetet. Et unusquidque quod coloris nomine appellamus, neque impressus oculos, neque impressus erit, sed medius quidam cuique proprius affectus. An tu affereres, qualis tibi unusquisque color appetet, talem canibus etiam, et singulis animalibus apparere? THE. Non per Iouem. s.o.c. Quid autem alteri homini, et tibi? num similiter unusquisque apparere videtur? An potius nec tibi ipsi idem, eo quod nunquam tibi ipse similis? THE. Hoc potius quam illud opinor. s.o.c. Si igitur id quo mesuramus, vel quod attingimus magnū, vel album, vel calidū esset, nunquam in aliud quodcumque incurrens, aliud factum esset ipsum quidem, ut puta nihil mutatum, sicut autem mensuratum quod attingimus, vel album, vel calidū esset, et si nihil accidat aliud, patiatur, ipsum quoque nihil paties mutabitur. Nam in presentia amice, mira quadam, et deridēda facile dicere cogimur, ut ipse quoque Protagoras, et quisquis alius eiusdem sibi ait, confiteretur. THE. Quo pacto? et qualia dicas? s.o.c. Breue exemplū accepte, intelligesque quod volo. Talos sex si quattuor apponas, plures esse, quam quattuor dicimus ac dimidio superare, unde sesqualtera proportio nominatur. Sin duodecim, pauciores dimidiumque. hæc aliter dici potest. An tu alter? THE. Evidenter nullo modo. s.o.c. Quid ergo? si te Protagoras, aut aliis quiuis interrogaret, potestne aliquid, o Theatete, maius aut plus aliter fieri, quam ad arduum? quid in qua potissimum responderes? THE. Si quod mihi videtur, o Socrates, ad hanc questionem protulero, non posse assenerabo. Sin autem ad superiorē positionē respondere, ne mihi forte repugnē, posse dicam. s.o.c. Bene atque diuine per Iunonē, o amicē. Ergo si responderes, eru pidis illud enieret, ut lingua irredarguta maneat, mens autem redarguatur. THE. Sic certe. s.o.c. Si igitur ego ait tu faciū sapientesque esse, postquam oes mentis angulos excusissimus, mox velut ex abundantia suas quisque vires pericitantes, et in hac arena sophistarū more con gredientes, orationibus conflittemur. Nunc autem ut potest rudes, volumus hæc primum secundū seipsa contemplari, cuiusmodi sint quæ cogitamus, et virū conueniat nobis inter nos, an non. THE. Maximè quidem id velim. s.o.c. Nec minus ego: sed cum ita affecti simus, tranquille prorsus, ne potius oīoī iterū speculemur, nihil succentes in uitam, sed reuera nos ipsos exutientes, qualia sint hæc in nobis visphantasmataque. Quibus primum consideratis dicemus, ut arbitror, nihil unquam minus minusue fieri,

fieri, vel mole, vel numero, quandiu aequale sibi ipsi permanet, nonne ita? THE. Ita prorsus. s o c. Deinde cui nec additur, neq; subtrahitur aliquid, hoc neque crescere unquam. neque decrescere, semper autem aequale consistere. THE. Valde quidē. s o c. Terro uero dicemus, quod ante non erat, et postea est, nisi fiat, et factum sit, esse non posse. THE. sic profecto videtur. s o c. Hac utique tria concessa pugnant inter se nobis in animo, quando de talis illis loquimur, vel quando fatemur me senem, dum tantus manco, nulla in parte auctus minutus sue, eodem in anno te iuuene maiorem nunc esse, postea vero minorē, cum moles quidem mea ablata non sit, sed tua duntaxat adauicta. sum nam postea quod ante non eram, nihil tamen factus, absque non fieri factum esse impossibile. nihil autem molis amittens, nunquam minus effectus sum. Et alia huius generis infinita in multis accidunt, si haec admiserimus. Dic age, o Theatete. Videris enim milibus rerum non imperitus. THE. Per deos, o Socrates magnopere quid ista sint admiror, interdumq; ipsa inspicies tenebris offundor. s o c. Theodorus, o amice, non male de tuo ingenio coiebat esse videtur. Maxime n. philosophi hæc affectio est, que admiratio dicitur. Neque n. aliud praeter hoc est philosophia principium. Et qui Irim Thaumantis, id est admirationis filiam esse tradidit, non absurde originē eius explicuit. Sed nū percipis, quam ob causam talia sunt ex quibus Protagora loqui assueramus, an non? THE. Nondum mihi videor. s o c. Gratiam itaq; mihi habebis, si tibi viri, imo virorum præstantissimorum intelligentia veritatem abditā reseruero? THE. Quidni habeam? et ingentē eisdem. s o c. Contemplare iam, et simul diligenter cane ne quis prophanus hæc audiat. Prophani vero sunt, qui nihil aliud esse putant, quam quod pugno tenere possunt. Actiones vero generationesq; et quicquid invisibile est, in eoruā quā sunt numero nequaquam habent. THE. Duros nimisq; proteruos hōes, o Socrates, memoras. s o c. sunt hi quidē, o puer, à musis admodū alieni. Nec desunt aliq; quidā elegantes, quoruā tibi mysteria narraturus sum. Principium autē deinceps erit ex quo ea quæ modo diximus manant, quod scilicet vniuersum hoc motus est, et aliud praeter motum nihil. Motus vero species dua: et multitudine quidem utraq; infinita, potentia autē altera agendi, alterā patienti habet. ex harū congressu cōpulsusq; mutuo effectus eueniunt numero infiniti, specie gemini, sensibile videlicet ac sensus, qui semper cū sensibili coincidit, atq; congreditur. Sensu hæc nomina sunt, visus, auditus, olfactus, gustus, tactusq; frigidorū, et calidorū. Quos sequuntur voluptates, dolores, cupiditates, atq; timores, aliq; affectus innumeri quidē sine nomine, nominati quoq; permulti. Genus autē sensibile sensui cuilibet est cognatū. Omnis visionibus, colores omnigeni, auribus itidē voces, cæterisq; sensibus aliq; sensibilita cognata similiter adsunt. Quid igitur, o Theatete, sermo hic ad superiora? aduersusne? THE. Haud equidem multū, o Socrates. s o c. Vide igitur, nū hoc pacto ad exitū perducatur. Illud n. sibi vult: oī a hæc videlicet vt diximus agitari, horumq; motibus velocitatē tarditatē inesse. Quatenus igitur tarditas inest, in eodē et ad proxima, motū obtinet, atque ita generat. Quæ vero sic gignūtur, velociora sunt. Feruntur n. et in latione illorum motus est. Cum igitur

Opinio di-
centium ni-
hil esse innu-
sibile.

Opinio di-
centium uni-
versum esse
motum, et
praeter mo-
tum nihil.

oculus, aut aliquid eorum quæ acceptit, albedinem, sensumq; cognatū gignit, quæ nunquam natu fuisse dū illorū alterutrum ad aliud quiddam aduentasset, tunc sane interim dū fertur visio quidem ab oculis, albedo aut ab eo quod colorem tu ex se edit, oculus uisione repletur, videtq; et factus est non uiso, sed uidentis oculus. Quod vero colorem tu ex se edit, albedine repletum est, factusq; non est albedo, sed albū sine lignum seu lapis, sine quiduis aliud quod forte sit colore huīusmodi coloratum: comedimus pacto de alijs, ut de calido et duro, ceterisq; omnibus indicandū. Nihil ex his ipsum secundum se quicquid esse, quod et in superioribus disputabamus, sed in mutuo congressu oīa fieri et omnigena, propter mosū. Quoniam tam agens, quam patiens unū aliquid esse per se haud firmiter, ut aiunt, cogitare licet. Neque enim agens quicquid est prius, quam patienti cōgrediatur: neg patiens prius, quam agenti. Quod enim congreditur aliui, et vim efficiendi habet, ubi in aliud inciderit, ibi tū primum patiens emicat. Ex ijs oībus sequitur, quod ab initio quoq; diximus, nihil esse unū secundum seipsum, sed alicui semper fieri, ipsum autē esse vndiq; excipiendū, licet nos in superioribus consuetudine quadam atq; insciitia, illo scilicet ipso esse vti sapientiū coacti fuerimus. Verū tamen, ut sapientū sermo dicitur, nullo modo prædicandum est aliquid vel alicuius, vel mei, aut hoc, aut illud, aut aliquod aliud nomen quod existentiā significet: sed secundū naturam enunciare oportet, quod agantur, quod fiant, quod corrūpantur, quod mutantur: nam si quis aliquid sermone cōsiderbere assuerauerit, facile redargi poterit. Oportet autē et sigillatim sic loqui, atq; de cūclis in unū collectis: in qua collatione hoīem ponunt, et lapidem, et unūquaque animal ac specie. Hæc ne, o Theatete iucūda tibi esse uidentur? eaq; tanquā tibi placeant degustabis? THE. Ignoro, o Socrates, et de te et ambo, utrū ista tanquam tue menti cōsona referas, an me potius tētes. s o c. Nō recordaris, amice, me nihil horū scire, nihilq; taliū ut meū mihi vendicare? sum n. scribis. te autē obstetricis ritu agito atq; exerceo, atq; huius gratiae te incanto, et quæ quisq; sapientū dixit, gustanda præbeo donec sñi am tuam in lucem educam. Cum demū educta fuerit, tunc primū examinabo, si ne vana steriliq; an fœcunda et solida. Audacter igitur et constanter bene atq; viriliter opinionē tuam in his, quæ te roga uero iam prome. THE. Roga igitur. s o c. Dic num tibi placeat, nihil esse, sed fieri semper bonum ac pulchrum, et quotunque paulo antē dinumerauimus. THE. Dum te audio differentē, mirum in modū probatilia, et admittēda uidentur. s o c. Ne prætermittamus ergo quæ restant. Reliquū est n. ut de somnijs morbisq; cū alijs, tum insania maximē dicā, et de eo quod peruerse uidetur, vel auditur, vel aliter quocunque sentitur. Nostri enim in his oībus sermonem quem supra retulimus fine vlla controversia confutari, cum sensus in ipsis prorsus decipientur. Tantumq; ab est, ut oīa quæ apparent cuiq; ea sint, ut contrā nihil eoruā quæ apparent existat. THE. Vera narras, o Socrates. s o c. Quo deinceps, o puer, ille cōfugiet, qui sensum scientiā affirmauit, quæ ue cuique apparent, eidem et talia esse, qualia uisa sunt. THE. Pudet me loqui ulterius Socrates. Nihil n. habeo quod in mediū afferam. Quod namq; posuerā, deterrendo penitus subvertisti,

De somnijs
& morbis
contra Pro
tagoram.

subuertisti. Reuera negare nunquam possem quod furen-
tes somniantesq; falsa nimirum opinentur, cum illorum no
nulli deos esse se putent, alijs autem instar volare se cre-
dant. s o c. Nunquid igitur non & hanc concouersiam
cogitas, de somnio praescitam & re? THE. Quānnam?
s o c. Eam quam sepe te audisse existimo, quoties queri-
tur qua portissimum coniectura ostendi posse, verum dor-
miamus omnes nunc & qua cogitamus singula somnie-
mus, an uigilemus, et reuera inuicem differamus. THE.
Profecto dubium est, o Socrates, qua id coniectura quis
discernere valeat. Adeo quidq; ad vnumquodq; velut re-
ciprocum consequitur. Nam qua modo differebamus, ni-
bil prohibet, ut somniantes colloqui videamus. Et quan-
do in somno somnia referre nos arbitramur, mirum in mo-
dum hec illis similia sunt. s o c. Vides iam quām facile
in contouersiam veniatur: quandoquidem verum insom-
nia an vera res sint, quae uidentur, etiā ambigi potest.
praterea cum aequum tempus sit quod somno datur, &
quod uigilia, in utroque contendit animus praesentes opi-
niones, ut ueras afferere. Quamobrem pari tempore et hac
vera dicemus, pari & illa, et in utrisque obincibimus.
THE. Omnino. s o c. Eadem quoq; de morbis furoribusq;
ratio est, nisi quod tempus impar. THE. Reclē admodū.
s o c. Nunquid longitudine breuitateue temporis verū
determinatur? THE. At istud plurimum ridiculum es-
set. s o c. An alio arguento ostendere potes qua ex
istis opinionibus verae sunt? THE. Non, ut mihi videor.
s o c. A me igitur audi qua forsitan responderent hi qui
apparentia semper ei cui apparent vera esse uolunt. Sic
enim te, ut opinor, interrogarent, o Theatete nunquid
quod alterum oī no est, eandem aliquando potentiam cū
altero habebit? nec idem parcim, partim alterū, sed pe-
nitius alterū intelligamus. THE. Impossibile est igitur,
hoc huīs idē quicquam, vel potentia, vel quocunq; modo
habere, quando oī no alterū est. s o c. Nōne dis̄simile quo
que necessario esse fateamur? THE. Mibi quidē uideatur.
s o c. Si quid ergo alicui simile, vel dis̄simile fit, aut si
tibip; aut alteri, quatenus simile fit, idem: quatenus
dis̄simile, alterū effici cōsitebimur. THE. Necessario se-
quitur. s o c. An nō suprà conceſsimus multa, atq; in-
numerā agēria esse, similiter & patiētia? THE. Coceſsi
mus. s o c. Quin & quod aliud est ab alio, cum alio et
alio mixtū non eadē sed altera generabit. THE. Si pror-
sus. s o c. Dicamus utiq; me ac te et alia secundū eandē
rōnem, Socratem scilicet bene ualente, & Socrate agro-
tantē, utrū simile hoc illi, an dis̄simile esse dicemus? THE.
Nunquid agrotantē Socratem totū hoc inquis illi toti, So-
crati scilicet bene ualebit? s o c. Reclē nimī accepisti, hoc
ipm dicebam. THE. Dis̄simile planē & alterum. s o c.
Nūquid sic, ut dis̄simile? THE. Necesse est. s o c. Dor-
mientē quoq; & vigilantem et quæcunq; suprà narran-
tū, similiter afferes? THE. Equidē. s o c. Quodlibet
eorū qua natura efficere quicquam possunt, quando acci-
piet sanū Socratem, ut altero me uetur, quando debilē,
ut altero? THE. Quidni? s o c. Et altera in utroq; gi-
gnemus, ego quidē patiens, illud autē efficiē? THE. Nil
prohibet. s o c. Quoties vinū sanus bibo, suave ac dulce
mihi uideatur. THE. Certe. s o c. Ex his porrō q; cōcessa
sunt, agēs et patiens, dulcedine sensumq; progenuerunt,
& viraq; mota: & sensus quidem à me existēs, sentire
linguam effecit: dulcedo autē à vino circa illud mota, dul-
ce vinū sanā lingue tā esse, quam apparere fecit. THE.
Sic prorsus superiora cōcessa sunt. s o c. Cū Verò me agro-
tantē accipit, principio quidē non eudem reuera appre-
hendit, dissimile nāq; aduenit. THE. Ita est. s o c.
Deinde alia quadā Socrates sic affectus & vini potio gi-
gnit: circa linguam, saporis amari sensum: circa vi-
nū, factam & motam amaritudinem: & hoc quidem
nō amaritudinem, sed amarū, me vero non sensum, sed
potius sentientem. THE. Oīno. s o c. Et ego nihil vñquā
aliud siam sic sentiens, alterius n. alter est sensus, et alie
nū aliudq; sentientem efficit: neq; illud me talem efficiēs,
aliquādo congrediens alteri, idem generās, tale quicquā
existet. Ab alio n. aliud generans, alienum alterumq;
fiet. THE. Vera haec sunt. s o c. Necego mibyp; talis,
nec illud sibyp; tale efficietur. THE. Non certe. s o c.
Necessarium autē alicuius me fieri quando sentiens sio. sen-
tiens enim nihil sentire impossibile est. & illud quoque
necesse, alicui fieri quoties dulce aut amarū, aut aliquid
huīsmodi redditur. dulce nanque nulli dulce esse nō po-
test. THE. Sic est omnino. s o c. Relinquitur igitur, ut
opinor, siue simus, nos inuicē esse: siue siamus, inuicem
fieri: quandoquidem nostrā essentiam necessitas ipsa con-
nectit. Connectit autē aliorum nulli, nec nobis ip̄s: inui-
cem ergo vinciri sequitur. Quapropter siue quis esse ali-
quid dixerit, siue fieri, ita accipiendo est, alicui esse
fieriue, vel alicuius, vel ad aliquid: ipsum autē in seipso
quicquā esse, vel fieri, neq; ipse quisquam profiteri debet,
nec alteri assueranti concedere, quemadmodū ratio supe-
rior admonet. THE. Sic est prorsus, o Socrates. s o c. Nō
ne quandoquidem me efficiens mihi est non alij, ego quo-
que ipsum sentio, non alius? THE. Quidni? s o c. Verus
itaq; mihi sensus meus: mea nanque essentiā semper exi-
stit, & ego secundū Protagoram, iūdex tam eorum qua
sunt, ut mihi sunt, quām eorū quā non sunt, ut nō sunt.
THE. Ita uidetur. s o c. Quid iam obstat, quo minus
scies existam, quemadmodū & sentiens? quippe cū nec
decipiāt, nec aberē cogitatione circa ea, qua vel sunt,
vel sunt? THE. Nihil prorsus. s o c. Egregiè igitur ip-
se dicebas, scientiā nihil aliud esse, quām sensum. In ide-
sanē haec concurrunt, secundū Homerum quidem & He-
racliti, & omne id genus, vniuersa decurrere, fluminis
instar: secundū vero Protagoram, sapientissimum homi-
nem rerum oīum esse mensurā, & postremo secundum
Theatetū concessis superioribus, scientiam esse sensum. nū
quid, o Theatete, opinione hanc dicemus esse quasi tuā
prolem nuper abs te quidem genitam, à me aut in lutem
obstetricia quadā opera iam eductam? Quid aīs? THE. Vide Suid.
Ita necesse est, o Socrates. s o c. Hanc, ut uidetur, qua
liscung sit, vix tandem genuimus, post partum vero, ut
mos est quinta die ab eius natali solēnia celebrantes circu-
lū disputationū discurramus, videasq; ne nos fallat, si for-
tē educatione digna nō sit, sed inanis et falsa: aut nū cen-
sēstu natū tuū oī no alendū, nec vlo modo abyciendū?
An forte si reprobati uideris primogenitū tuū, non mole-
stē feres ē medio tollit? THE. O Theatetus, o Socrates, equo
aīo feret. neq; n. morosus est. uerū dic per deos, an nō ita
se res hēt? s o c. Disputationis auditus es, atq; vir bonus, o
Theodore, qui me putes arcā quandam esse sermonum, un
de mox promsam monstremq; haec non ita se habere: profiteatur
i y non

Quid seſci
re Socrates
profiteatur

non aduersis quid sit, quod nullus scilicet unquam sermo à me manat, sed ab eo semper qui mecum disputat. Equidem scio nihil præter exiguum quiddam, hoc est cum sapiente aliquo rationem inire, & eam pro virili percipere. Et nunc quidem id ex hoc conabor, non ex meis propter dicere. THEOD. Rectius ipse, o Socrates, loqueris. Quare sic officia oro. SOC. scis, o Theodore, quod ex dictis amici tui Protagoræ in primis admiror? THEO. Quidnam? SOC. Cetera quidem satis mihi placuerunt, dum probat quod cuique videatur id illi existere: principium vero miratus sum orationis, cur de veritate scribere aggressus non suem dicere, vel prodigiosum canem rerum omnium mensuram esse, vel aliud quicquid mirabile ex his quae sentiuntur. quo magnifice sat is prorsus contempsim exorsus es, ostendes quod nos enim tanquam numen propter sapientiam miremur, cum nihil plus sapiat, quam rana Gyrina, nedum quam hominum quisquam. aliterne dicemus Theodore? Si non. cuique verum est quod quisque per sensum opinatur, neque alterius affectum alter melius iudicat, neq; opinionem alterius discernere aliis alio magis quid sit potest, veramente sit an falsa, sed ut saepe iam repetimus, quisque sua solu opinatur, & ea quidem recta omnia atque vera sunt, cur, o amice Protagoras, ipse adeo sapiens extitit, ut aliorum præceptor mercede etiam ampla exhibeat dignus admodum sit habitus, nos autem rudiores, eiusque discipuli iudicandi? cum tamen quisque sapientiae propria mensura sit. aut quomodo non dicamus in his Protagoras non nugari? Studiu quoque meum obstetrica facultatis ut transeat, quantum risum exhibebimus? Imo & omne differendi officium inane. Nam conatus iste discutiendi refellendiq; uitissim phantasias & opiniones, cum recte sint omnes, nihil erunt aliud, quam manifesta deliramenta, si vera Protagora veritas illa, quam vocat, est. atqui non iocatur illa, sed velut ex adyto libri est locuta. THEOD. O' Socrates, amicus cum sim, quemadmodum ipse modo dicebas, nunquam paterer concedente me Protagoram confutari, neq; tibi rursus præter meam sententiam repugnare vellem. Age igitur omnia iterum eum Theatete. Et enim apte nimis, diligenterque obsecutus tibi fuisse hactenus visus es. SOC. Si Lacedemonem profectus Theodore ad palæstram alios quosdam inerter nudato corpore exerceri videres, an non operæ precium duceres spectem tuam nudis membris palam, cum illis conferre? THEO. Quid vero? si me permitterent quemadmodum vos in præsentia permisuros spero, ut ego quidem solum spectem, neq; in gymnasium rapiar, vir dura iam cute, illi autem libertini cum iuniori molioriq; luctentur? SOC. Atqui si tibi id, o Theodore iucundum est, neq; mihi etiam est molestum, ut trito proverbio fertur. Aggrediamur itaque rursus sapientem Theatetum. Dic obsecro Theatete primum, quæ modo percurrimus: nonne tu quoque miraberis, si subito nihilominus appareas sapiens, quam quilibet hominum, vel deorum? aut nunquid Protagoram illam mensuram, ad deos minus, quam ad homines pertinere putas? THEO. Non per souē, adeoque quod rogas magnopere miror, dum enim supra exponebamus, qua ratione quod cuique videtur, id cuique verum est, scire admodum dici videbatur, nunc autem contraria confessim opinio subit. SOC. Tu uenis adhuc es, o amice, imo etiam puer, & idecirco concione facile persuaderis. Ad hanc enim Protago-

Pronerbiū, Si tibi incūdum, mibi nō molestū.

ras, & quiuis alius eius sectator dicet. O' generosi pueri, atque viri concioni animum adhibete considentes, deosq; in mediū inducite, de quibus ego utrum sint, an nō sint, neque loquendū, neque scribendum censes: & que multi audientes admitterent, hæc dicite, (quod graue esset, nisi quilibet vir cuiuslibet bruto sapientia longe præstaret.) Demonstrationem vero necessitatē ne ullam afferatis, sed verisimili tantum rōne utimini. Quia si vellet Thedorus, aut quiuis alius geometra in disputationibus geometricis uti, nullius prorsus astimaretur. Considera te igitur tu simul atq; Theodorus, verū sermones tantis de rebus rōne probabilitantum confirmatos recipere velitis. THEO. Inuistile & tu, o Socrates, et nos reciperemus. Sed iam alia res, quemadmodū inter te & Theodorum conueniebat consideranda. THEO. Alia certè. SOC. Sic utiq; cogitemus, sit ne idē scientia, et sensus, an aliud. Ad hoc nō oīs superior sermo vergebatur, & huius gratia permulta, atq; miranda tetigimus. THEO. Sic est oīno. SOC. Confitebimur quæcūque videndo, vel audiendo sentimus, eadē & scire? utputa barbaroruū vocem antequā didicerimus, dicemus non audire quando loquuntur? an audire scireq; simul? & literarū prorsus ignari cum illarum contextū afficimus, nū videre nos eas negabimus? an & scire si modō viderimus, afferemus? THEO. Id ipsum, o Socrates, quod in his cernimus & audimus, scire insuper affirmabimus: horū quidem figurā coloremq; inspicere & scire similiter, illorum aut acutam vocem & grāmē audire pariter atq; scire. Quæ vero grāmatici & interpres de his tradunt, neq; sentire videndo & audiendo, neq; etiā scire. SOC. Optimè, o Theatete, neque in his repugnandū tibi, ut magis inde proficias, verum aplice & aliud quod ad hec accedit, qua rōne repelliri vixit. THEO. Quid isthuc? SOC. Hoc sane: si quis percontetur, fieri posset, ut quod quis quandoq; scivit, & adhuc memoria tenet fixumq; conseruat, id ipsum tam nesciat. In longū profecto sermonem traho, querere cupiens utru aliquis quod didicere memoria retinet hand noscat. THEO. Qui hoc fieri posset, o Socrates? Monstrū quod dicas effe. SOC. Ne ipse quoq; delire, aduerte obsecro. Videre, nōne sentire dicas, visionemq; sensumq; THEO. Aio. SOC. Qui aliquid videt, nōne idem scit quod & videt, ut præsens sermo proponit? THEO. Certè. SOC. Memoriam aliquid vocas? THEO. Voco equidem. SOC. Alicuiusne, an nullius? THEO. Alicuius certè. SOC. An non earū rerum quas didicit sensitq; THEO. Harū profecto. SOC. Quod quis vidit, quandoque meminit? THEO. Meminit. SOC. Nunquid cū claudit oculos, etiā reminiscitur? aut cū aliquid huiusmodi facit, protinus obliuiscitur? THEO. Absurdū hoc dictu, o Socrates, es. Cogitum tamē id fateri quisquis sermonē superiorē seruare velit, aliter autem minime. SOC. Ego quoq; per sonum suspicor, neq; dum satis intelligo. THEO. Dic oro, quo pacto? SOC. Hoc sane. qui videt, idē scit quod & uidet, ut cōfesti sumus: nam uisionē, sensum, scientiamq; idem esse conuenimus. THEO. Conuenimus. SOC. Qui vero videt, atq; ideo scit, meminit quod videt, vel clausis oculis, neq; tunc aliquid videt. THEO. Sic accidit. SOC. Non uidere aut, nescire est, siquidem videre scire erat. THEO. Verū. SOC. Cōtingit itaq; quodquis quandoque sciat, et dum meminit, id nescire, si non videt. Quod quidem

quidem si fieret, monstrum quoddam fore prædictimus. THE. Vera loqueris. SOC. Non nihil igitur impossibile videtur accidere, si quis scientiam ac sensum idem esse posuerit. THE. Sic apparet. SOC. Aliud ergo verumque fatendum. THE. Videtur. SOC. Quamobrem quid sciencia sit à principio iterum perquirendū, ceterum quidnam agimus, ò Theateto? THE. Qua de re percontaris? SOC. Videmus utique mīhi ignari galli instar, antequam uicerimus ad cantandum statim profientes à disputatione. THE. Qui isthuc. SOC. Contradictoria videmus adserere suo nominis concessiones confessi, & circa tale quiddam versati verba rimari, in ipsoq; consilere: cūq; non ratabilis, sed philosophos nos esse proficemur, nihil aliud tamen, quam acres illi viri clam facimus interim. THE. Nondū quid velut intelligo. SOC. Evidem quod in his sentio, explanare conabor. quæsiuimus nunquid qui aliquid didicis ac meminit, nesciat ostendentesq; eum qui vidit, clausis etiā oculis recordari, nec videre tamen, ne seiuim simul & memorē demonstranmus, quod nimium impossibile. Atq; ita Protagore fabula prorsus euauit, ac tua simul, quæ sensum scientiamq; idem esse canebat. THE. Constat. SOC. Nequaquam ita, ut arbitror, ò amice, si pater alterius fabula supereisset, sed vehementissime propugnaret. Nunc autem orphanam ipsam insequimur expoliamusq;: neq; tutores quos reliquit Protagoras, è quo rum numero unus est Theodorus hic, succurrere volunt. Verum nos iustitia gratia illi suffragari aggrediemur. THEOD. Non ego quidem, ò Socrates, imo Callias Hipponici filius rerum Protagoræ tutor. Nos profecto à nudis sermonibus ad geometriam repente defleximus. Gratia tibi tamen habebimus, si illi opem tuleris. SOC. Scite loqueris, ò Theodore. Aduerte igitur qua via succurram. si quis minus vim verborum animaduertierit, qua plerumque affirmare quicquam, & negare solemus, absurdiora et superioribus confiteri cogetur. Dicam tibi quemadmodum ad Theateto? THEOD. Ut risque communiter. Respondeat autem iunior. Nam redargutus minus vituperabitur. SOC. Difficillimam autem quæstionem dico, ea vero est hinc: num fieri potest, ut qui aliquid nouit, quod noscit ignore? THEOD. Quid respondebimus Theateto? THE. Impossibile ego quidem puto. SOC. Non vitiatur, que, si videre, scire esse posueris. quid enim respondeas ineuitabili quæstiōni, puto quod dicitur inclusus, si quis te vir intrepidus interrogauerit manu alterū tibi tegens oculū, utrum te oculo uestem videas? THE. Non hoc dicam, sed altero. SOC. An non idem simul & vides, & non uides? THE. Ita quodammodo. SOC. Haud equidem, dicet ille iubeo, vel quæsiu quo patitur, sed utrum quod scis idem & nescias. In praesentia vero quod non vides, videre videris: & supra confessus es, videre quidem scire esse, non videre aut nescire. Collige quid ex his aduersus te concludatur. THE. Contraria planè eorum quæ proposueram. SOC. Plura forsitan, ò mirifice puer, tibi talia contigissent, si quis a te quæsiisset, utrum scire licet & acute, & obtuse, & minus quandoque scire, eminus vero nequaquam, & vehementer idem atque remissem, ceteraq; permulta. Quæ quidem insidiando vir clipeatus, & ad dicendum mercede conductus querens, quando idem scientiam sensumq; ponebas, te in auditum, olfactū, ac ceteros sensus ordine inieciſſet, studioſeq; &

sedulo nimium redarguisset. atq; te comprehendens non prius te dimisisset, quam tu eius exquisitam sapientiam admiratus ab eo vinctus es: ubi captus atque ligatus tantate ipse pecunia redemisses, quantatu et ille statuis sis. Quam igitur rōnem, inquietus forsan, protutandis opinib; suis Protagoras assignabit? Nunquid aliud Protagora tentandū est? THE. Et maxime quidem. SOC. Et hæc Protagora. Utq; oīa quæ & nos opem illi ferentes dicimus, & contra, ut arbitror, ibi, despiciens nos penitus, atq; ita obiecitans: bonus isti Socrates cū interrogasset puerū, utrum quis posset quod meminit, idē simul & ignorare, & ille perterritus negansset, ex eo quod rem ipsam prospicere nō potuerat, ridiculū me in disputatione monstrauit, res aut, oīgnauisime Socrates, ita se habent. Quoties ex meis aliquid querendo consideras, si interrogatus respondeat eadem que ego etiam responderem, refellaturq; me quoq; redargutum existimat. Sin alia, ipsum solumodo qui respondit. Principio, putasne aliquem concessum tibi, memoriam adesse cuiuslibet, quando non amplius patitur, earū rerum quas passus fuerit, & ipsam talem passionē esse qualis fuerat dū pateretur? permulū abest. An formidaturū censes admittere quod posset aliquis idem nosse simul & ignorare? Quod si forsitan minus audeat, durū speras eundem esse dissimilem factum alicui priusquam fiat, dissimilis existenti? magis autem hunc esse aliquem, sed non hos, & eos quidē infinitos effectos, siquidem dissimilitudo fiat, si modo accusationes verborū vietare innicē oportuerit? Ceterū, ò beate, generosius ea quæ dico, ag gredere, meq; si potes refelle, quod non propriū cuic nostrū sensus fiant: vel etiam si propriū sint, nihil magis quod appetat, illi soli fiat: vel si esse oporteat, non minare liceat, cui appetat. Sues autem & prodigiosos canes dum narras, non ipse solū bestiam imitaris, sed eos qui audiunt, ut idem quoque in mea scripta sibi permittant, persuades. Neq; recte facis. equidē veritatem habere se affero, quemadmodū scripti. mensuram. n. unum. quenq; nostrum eorū quæ sunt, & quæ nō sunt, esse: sed magnopere hoc ipso aliud ab alio discrepare, quod et huic alia sunt, apparentq; & illi alia. Sapientia vero & scientiam virū nullo modo existere nego. Imo hunc ipsum sapiente voco, qui illius conditionē cui mala videntur, suntq; permutas, bona apparere et esse sibi facit. Sermonem autem meum, ne verbis duntaxat persequere, verū sic planius iterū quod dico, perdisce, et in memoriam dictū superius renoca, quod ægrotati amara videntur quæ gemitat, et sunt: bene ualentι contraria sunt, atq; videtur. Sapientiorem utiq; horum neutrū ex hoc oportet afferere, neque. id fieri potest, neq; afferendum ægrotantem incipientem esse, quia hæc putet, sanum contra sapientem, quia diuersa. Permutandū vero in alterum habitū. Alter enim habitus melior. Similiter in disciplina ab altero habitu in meliore permutandum. Sed medicus quidē me delis trāsmutat sophista sermonibus. Nemo enim efficit, ut qui falso opinatur, verè deinde existimet: quippe cū ea, quæ non sunt opinari nemo valeat, nec alia prater illa quæ patitur hæc autem semper vera sunt. facere tamen quis pot, ut qui depravati animi habitu cognata sibi opinatur, sana deinde mēte uniuersa quædā existimet, quæ pleriq; ob imperitiū phantasmatā vera nominat. Ego autem meliora alijs alia dico, veriora nequaquam. Sapientes præ

terea, ò amice Socrates, nullo pacto ranas nuncupo, immo secundum corpora, medicos: secundum plantas, agricultoribus. Aio equidem hos viros plantis suis pro depravatis sensibus quoties tale aliquid agrotat, bonos integrosq., & veros sensus inferre: sapientes quoq. & bonos rhetores ciuitatis bona pro malis videri iusta efficere: quoniam quae eunq. ciuitati ciuiliter iusta honestaq. uidetur, haec sunt et illi talia quandiu sic putat, sed sapiens pro malis his singularis, bona & iudicari & esse efficit. Eadem ratione sophista eos qui erudiuntur, sic erudior potens, sapiens est, dignusq. ampla mercede apud auditores habetur. Atq. ita alijs sapientiores alijs sunt, neque ullus tamen falsa putat: & tibi hoc ipsum, velis, nolis, cum rerū mensura sis, admittendum. hic enim sermo in his seruatur. Cui si quo modo à principio iterum repugnare potes, repugna oratione congressus. Quod si interrogando uis interrogando perage. Neg enim hoc fugiendum, sed omnium maxime his qui sanæ mentis sunt, persequendum. Sic tamen id effice, ne interrogando sis iniurius. Absurdum est profecto cum virum, qui virtutem meditari se præcipue proficitur, in sermonibus semper iniurium esse. Afficere autem iniuria in his est, quia quis non seorsum quidem certudo exercetur, seorsim vero differendo: & in illo quidem scilicet certamine iucatur, fallitq. pro viribus, in hoc autem disputatione uidelicet, serio agit & corrigit disputantes, eos illi duntaxat errores indicans, quibus ipse & ex ipso & ex præteritis disputationibus abducens est. Si ita feceris, seipso qui tecum versabuntur, non te, perturbationis defectusq. sui causas esse confitebuntur, tegi protinus se etabuntur & diligent, seipso contraria odio habebunt, & à seipso ad philosophium confugient, ut alijs quodammodo effecti, habitum pristinum deponant: sinautem contra ria feceris, quemadmodum alijs quoque permulti, contra ria etiam tibi contingent, & familiares pro philosophis, studi huius inimicos, cum adoleuerint, reddes. Si igitur mihi parueris, quod & suprà dictum est, haud hostiliter contentiosq., sed placido mitiq. animo assentiens, considerabis quomodo moueri dicamus omnia, & quomodo quod euq. uidetur, hoc et priuatim, et publicè sit, & ex his inquires utrum idem an aliud scientia sit, & sensus: neg. Ut modo cœpisti, ex uestiborum nominumq. consuetudine differes, qua multi quocunq. libet, trahentes, uarios dubitationum iniiciunt scrupulos. Haec, ò Theodore, in defensionem amici tui tentavi pro viribus, parua quidem a paruis. Si enim ipse viueret, fortius magnificenterq. pro seipso pugnaret. THEOD. Socaris, ò Socrates, nam fortiter pro illo certasti. SOC. Reclite loqueris, ò amice. Sed mihi dicas. Aduertistne quod iam pridem Protagoras nos increpet, quod cū puero disputationes metu puerili aduersus eius scripta depugnemus? cumq. ipse genus hoc urbanitatis reijceret, mediocritatē vero in omnibus mire tolleret, serio in eius dictis uestigari nos iubet. THEOD. Quidam, ò Socrates, amaduenterim? SOC. Quid ergo? iubes nos illi parere. THEOD. Summopere. SOC. Cernis hos omnes, excepto te, pueros esse? Quare si illi creditur, me simul ac te oportet interrogando uicissim, & respondendo serio sermonem eius examinare, ne iterū nos incusat, quod ludentes cū pueris sermonem suū exagitemus. THEOD. Quid prohibet quin Theætetus melius, quam multi barbati viri scrutante te affequatur? SOC.

Non tamen te, ò Theodore, melius. Ne igitur censeas oportere me amico tuo defuncto oīem opem afferre, te vero nullam: Verū sequere me obsecro paulisper, quoad hoc dū taxat inueniamus, utrum te deceat in figuris geometriæ esse mensuram, aut oīes aquæ ac tu in astronomia cæte riq. facultatibus, in quibus tu meritò p̄stare videris, peri sint. THEOD. Difficile est, ò Socrates, ut qui tibi assident, roganti non respōdeat. Delirabam profecto paolo ante, cū dicerem te concessurū mihi, ne ad pugnam ac cingerer, & Lacedæmoniorū more ne compellerer. Nunc ad Scironem potius declinare videris. nam Lacedæmonij exui, vel abire iubent. Tu autem Antæum imitari videris. Congredientem namq. non prius dimitis, quam nudatū tecum certare coegeris. SOC. Congruū, ò Theodore, morbi mei similitudinē reperiisti. Robustior tamen ille ego sum. Innumeris iam Hercules & Thesei fortes in dicendi viri meū congressi, defatigati sunt, ego tamen nihil magis desisto, adeo me exercitationis huius uehementis amor inuasit. Neque tu igitur mihi inuidias, quoniam meū exercitatus, te simul ac me iuves. THEOD. Haud ultra repugno, ducas quā lubeat. Prorsus hāc quā si fatalē necessitatem quā tu constituis, coniūcto fereda est. Neque tamen ultra ea, quæ proposuisti, me tibi exhibere possum. SOC. Sat istud erit, sed id mihi obserua, ne clam in puerilem loquendi ritū labamur, & ob ea causam, nos aliquis iterum carpat. THEOD. Conabor sane pro viribus. SOC. Hoc igitur in primis, quod suprà tenimus, resumamus. Vtrum recte, necne sermo nō illius improba uerius, quo ille unūquenque ad sapientiā sibi sufficere dicit. Nobis porrò concepit Protagoras, in eo quod melius, uel deterius inter se plerosque dif ferre, & eos sapientes esse. an non? THEOD. Concepit. SOC. Si enim ipse sua hāc præsens confessus esset, non aut nos in eius favore concepsemus, nihil opus sit repetendo eadē confirmare. Nunc autem cum videri fortasse posset, nō satis idoneos dogmatū illius assertores non esse, præstat perspicue, ut se res habeat concedere. Nam non parū interest, sic an aliter habeat. THEOD. Vera loqueris. SOC. Igitur nō ex alienis, sed ex suo duntaxat sermone, quam breuissimè cōsensum accipiamus. THEOD. Qui? SOC. Sic. Quod cuiq. videtur, id illi cui uidetur esse dixit. THEOD. Dixit certe. SOC. Nunquid igitur et nos, ò Protagoras, hominis immo hominum omnium opinione dicimus, assertimusq. neminem prorsus partim quidem se, quam alios sapientiorem putare, partim vero alios sapientiores, quam se. An nō. n. in maximis periculis, quoties in castris, aut morbis, aut mari fluctuat, quasi deos habent eos, qui singulis in rebus p̄stant, seruatoresq. suos putant, nulla alia recateris, quam scientia p̄cellentes? & per oīa humana quæritus præceptores ac duces suipsonū aliorumq. amantiū atque operū, qui cōmuniter cōstimuntur tam ad docendū quam ad imperandū sufficere? In his oīibus quid aliud dicemus, quam quod hoīes inter se sapientiam & ignorantiā esse putent? THEOD. Nihil aliud. SOC. Nōne sapientiā veram cogitationē esse ducunt, ignorantiā uero, falsam opinionē? THEOD. Quidam? SOC. Quorsum, ò Protagoras, sermone vertemus? Vtrū hoīes vera semper opinari dicemus? An aliquando vera, falsa nonnunquam? Vtrinque. n. sequitur, ut nō semper vera, sed veraque opinentur. Attende. n. Theodore, uelitne Protagoras aut tu forsan

forsan ipse contendere, quod nemo quisquam sit, qui quem
quam vel imperium esse, vel falsa opinari putet. THEO.
incredibile hoc, o Socrates. SOC. Atqui in hanc necessi-
tatem sermo ille delabitur, qui mensuram oīum hoīem
prædicat. THEOD. Quo pacto? SOC. Cū tu aliquid
apud te statuis, deinde mihi opinionem tuam declaras, tibi
quidē secundum illum sermonem verum esto, nos aut, non
sententia tua indices fieri possumus, an opinari semper te
vera iudicamus? Quin potius innumeri hoīes tecum quo-
tidie pugnant contra quam tu opinantes, putantesq; te
perperam iudicare atq; opinari. THEOD. Per Ioue, o So-
crates, quām plurimi sunt, ut inquit Homerius, qui mi-
bi ex hoīibus negotia facessant. SOC. Quid ergo? Vis di-
camus, tūc te quidē tibypsi vera opinari permulvis alijs
aut falsa? THEOD. Ex his q̄ dicti sunt, necessario se-
qui videtur. SOC. Quid ipsi Protagora? An non neces-
sarium? Si n. nec ipse putasset hoīem esse mensuram,
neg. et multi isti, ut neg. putant, nulli hanc veritatem
esse oportet, quam ipse scripsit. Sin autem ipse quidem
censuit, multitudine aut non consentit, scitò in primis quo
plures sunt hi quibus nō videtur, quam quibus videtur,
eo magis non esse, quam esse. THEOD. Necesse est, si qui
dem secundum opiniones singulas, et erit, et nō erit,
SOC. Deinde hoc habet pulchre. Ille n. circa suam op-
pinionem dissidentium sententiam, qua illum metiri cre-
dunt, quodammodo veram esse consentit, dum vera opinari
cunctos fatetur. THEOD. Absq; dubio. SOC. An non suā esse falsam admittit, si iudicium illorū, qui fal-
sa illū opinari volunt, verūm esse fatetur? THEOD. Ne-
cessarium. SOC. Alij aut̄ sibypsis mentiri nequaquam con-
cidunt. THEOD. Non certe. SOC. Hic vero et hanc
verā opinionem ex his, q̄ scripsit, fatetur. THEOD. Pa-
ret. SOC. Ex oībus igitur, quae Protagoras edidit, am-
bigetur, imo ab illo ipso maxime cōcedetur. nam si enī,
qui contradicit, vera opinari concedat, tunc sane et ipse
Protagoras confitebitur, neg. canem, neg. quēnī hoīum
esse mensuram, aut oīum, aut vniū et quodcumq; non
didicerit. An non ita? THEOD. Ita certe. SOC. Cū
ergo ab oībus dubitetur, nulli Protagora veritas vera e-
rit, nec alijs, neg. et sibypsi. THEOD. Longè nimis in
amicū meum, o Socrates, inuechimur. SOC. Quid si, et
rectū p̄teruchamur? Verisimile est, n. cū senior fuerit, sa-
pientiorē nobis quoq; fuisse. Qui si repente humeros tenus
hic emicans nos inuaderet, in multis tam me delirante,
ut probabile est, quam te consentiente refelleret, deinde
protinus evanesceret. Verūtamen ut nobis ipsis talibus
oportet, qualescum sumus, et q̄ videtur eadem semper
fateri. Et nunc quidem quemlibet concessurum dicamus,
hoc ipsum videlicet aliquid aliud esse, propterea quod a-
lius alio sapientior inicitur existat. THEOD. Mihī qui-
dem videtur. SOC. Nunquid in hoc maxime insisterem
monem dicimus, quod ipsi quoq; concessimus, astipulatē
Protagora: multa quidem quaevidentur, ea cui libet es-
se, calida, secca, dulcia, ceteraq; huīsmodi? Quod si
in quibusdam differre alium ab alio cōsideratur, circa sa-
lubria, et noxia, afferet utiq; non qualibet muliercula,
puellamq; et brūnū ad seipm curandū per salubrium co-
gnitionē sufficere: sed in hoc ut vñq; maximē differre.
THEOD. Idem mīhi quoq; videtur. SOC. Præterea, nōnne
in ciuibib; etiam, honesta et turpia, iusta et iniusta,

sanc̄aq; et impia, quæcumq; ciuitas vnaqueq; existimās
ponit sibi legitima, eadem re vera vnicuiq; esse dicet?
Atq; in huī nihil sapientiōē esse priuato priuatum, ciui-
tateq; ciuitatē? At vero in eo quod vñilia et inutilia si-
bi res publ. statuant, hic ut vñq; confitebitur consulto-
rem consultore, rem publicam republica in veritate inue-
nienda differre. Neg. audebit vñquam hoc admittere, ut
quæcumq; ciuitas aliqua vñilia sibi putans instituit, eadē
semper illi conductant. Sed tibi quidē dico, in ipsis iustis
iniustisq; sanctis item et prophanis præsidium causæ po-
nunt, nihil scilicet eorum suapte natura substantiam ali-
quā habere, sed quod cōter videtur, id tum cū videtur,
verūm esse, et quandiu videtur. Et quicunq; non oīno
sententiam Protagoræ referunt, sic quodammodo philoso-
phantur. Nos vero, o Theodore, disputatio ē disputatione
maior subinde ē minore emergens, occupat. THEOD.
Haud igitur otiosi sumus, o Socrates. SOC. Haud vide-
mur. Et sēpe alias, o beatē vir, hoc animaduerti, et
nunc maxime, quod non ab re quicunq; diutius in philo-
sophia versantur, ubi ad forū sese conculerunt, ridiculi
rhetores prorsus apparent. THEOD. Qua rōne hoc aī?
SOCR. Videtur hi, qui in iudicij, et foro ab incūte a-
tate iactantur, ad eos qui in philosophia et hīmōi studijs
assuefacti sunt collati, ut seruū inter liberos educatis esse
similes. THEOD. Quo pacto? SOC. Ex eo quod his qui-
dē, ut tu dicebas, semper oīum adeſt, oīoq; tranquillo cō-
fabulantur: quēadmodum, et nos in p̄sentia tertio tam
sermonem instauramus. Sic et illi, siquid vñtrā proposi-
tam q̄stionem, quod magis eos fortè delectet, inciderit,
queadmodum in p̄sentia nobis contingit, nihil curāt, pro-
lixiusne an brevius loquantur, modo veritatis compotes
fiant. Illi aut̄ temporis angustijs in loquendo sollicitātur.
Vrget n. aqua defluens, neg. licet de his, quae cupiunt
verba facere: sed necessitatē aduersarius assert, libelli
formulam adducens, extrā quam nibil dicendum, quod
iuramentum calūniæ cauenda vocant. Sermones aut̄ sem-
per de conseruo contrā cū dominū qui in iudicio sedet, et
manu sententiā tenet. Certamina quoq; nunquā frustrā,
sed ad rem semper, sēpe et de nece et vita agitur. Vnde
intenti acresq; sunt, scientes domino tā verbis adulari,
quam operibus obsequi pusillanimes, et nō rectis animis
prædicti hoīes. Nam animi magnitudinem, rectitudinem
et libertatem seruitus à pueritia sustulit, cogens obliqua
peruersaq; patrare facinora, dū discrimina magna for-
midinesq; mollibus adhuc incuteret animis, quae omnia,
cum non possint, cū in iustitia et veritate perferre, conse-
stim in mendacia mutuasq; iniurias conuersi, sicut
vndiz, atq; confringuntur, adeo, ut nihil amplius san-
mentis habentes ex adolescentibus in viros euadant, fa-
cundos sapientesq;, ut ipsi putant. Atq; hi quidem tales
sunt, o Theodore, nostri autem chori homines vis refera-
mus? An dimittentes potius ad sermonem propositum re-
vertamur? ne, ut paulo antē dicebamus, sermonis liber-
tate digressioneq; nimium abutamur? THEOD. Nullo
modo, o Socrates, sed referamus, probe nāq; dicebas quod
in philosophorū choro non nos sermonibus, sed nobis sermo-
nes seruant, et vñusquisque illorum perfici à nobis su-
stinet tum, cum nobis videtur. Nec enim, vel index,
vel spectator, quem admodum poētis illis, censor, et do-
minus nosker futurus, nobis præsedit. SOC. Dicamus
i iij iiguur

De philoso-
phorum otio
& more dis-
putandi.

Nunquam
liberè dicere
oratore pos-
se, sed vel in
dicem sem-
per metuen-
dum esse.

igitur postquam tibi videtur, de his qui egregij sunt.
Quid n. de his qui philosophia studio abutuntur? illi igitur ab incunte etate primum quidem viam in forum ignorant, neque iudicium, aut consilium, aut concilium ciuitatis alius ubi sit, norunt, leges aut decretaque, vel promulgata, vel scripta, nec vident, nec audiunt. Factio-nes autem sodalitatum, qua ad magistratus creandos spe-
ctant, et cōgressus, et cōnas, et lasciuia conusua-
neq; somniant quidē. Iam benē an male vrbis iam olim
habuerit, aut quod cui malū, turpisue nota à maioribus
suis, seu fœminis, seu uiris sit, magis eos latet, quam ma-
ris, ut dici solet, arena. Atq; hæc oīa etiam nescire se ne-
seit. neq; n. vulgaris gloria gratia ab his absinet, sed
revera corpus duntaxat illius in vrbis habitat, atque ver-
satur: mens aut hæc oīa parui, imo nullius astimans,
pasim volat, ut ait Pindarus, et q̄ sub terrasunt, et
qua dimetiens, et arte cœlum transcedens, oīm
perscrutata naturam rerum oīum qua ad vniuersum per-
tinent, his autem quæ propè sunt solis, nullo modo applicas-
se. THEOD. Quo pacto id aī, o Socrates? s o c. Quem
admodum Thaletem, dum cœlum suspicere intentus si-
deribus in foueam cadentē Thracensis qdam eius ancilla
facete nimīm carpit, quod qua in cœlo sunt, peruidere
contenderet: q̄ vero proxima et ad pedes, non videret.
Idem similiter oībus, qui in philosophia versantur, obici
potest. Latet n. philosophum non modo quid agat eius
proximus, sed ferè homō sit, an brutum. Quid autem
homo ipse sit, qua' ne actio, aut passio ipsius hominis pro-
pria, studiōsē perquirit. Intelligis, o Theodore, an nō?

THEOD. Intelligo quidē, et quod dicis, approbo. s o c.
Enimvero, o amice, ut in superioribus diximus, siquād
vir talis, vel priuatim cū aliquo, vel publice in iudicio,
sive alibi de his, q̄ ad pedes, et in cōspectu sunt, differe-
re cogitur, risum mouet, non Thracenibus solū, verum
etiam ceteris gentibus, quippe cum in foueas ambiguita-
tesq; multas propter harū rerū imperitiam incidat. Vbi
absurda qdam inepitudo ignoraria notam inurit. Nā cū
forte viruperandus aliquis est, nihil habet quod in oppro-
briū afferat, ut potē viriorum ignarus, quandoquidem
singula singulorum mala nunquam animaduertit. ergo
tanquam nescius irridetur. In laudandis quoque extol-
lendisq; hoībus, quum nihil simile dissimulētue, sed a-
periē rideat, delirus esse videtur. Etenim quum tyran-
num, aut regem laudari sentit, vnum quendam subul-
cum, aut pastorem ouium, vel bubulum extolli existi-
mat, quod abundē mulgeat. id tamen interesse censeret,
quod reges et tyranni infensius et insidiosius animal cu-
rent et mulgeant. Agrestes vero et rudes non minus
propter otium, quam pastores, illos esse necesse est, sic mæ-
nibus in vrbis circundatos, ut pastor caula in monte. Cū
vero agrorum decem millia jugera, aut plura etiā pra-
dicari audis, quasi magnum quippiam ab illo qui habet,
possideatur, exigua quadam audiare se putat, quippe qui
vniuersum terræ orbem spectare sit solitus. Quoties pra-
terea quis generis nobilitatem refert, quod septem auos
diuites oīs enumerare valeat, hebetus nihilq; magnum
proper ignorantiam cogitantis animi laudes homi cen-
set, quasi ad totius mundi naturam respicere nequeat, et
videre quod innumeri vnuquenq; nostrum autem pro-
auī anteceffrunt, quorum in numero diuites et inopes,

Ad disputa-
tiones foren-
ses ineptus
philosophus

reges et servi, Barbari et Græci innumerabiles p̄-
cessere. Quinetiam quando quis stirpem quinq; et virginem
maiorum dinumerat, et in Amphitryonidem Hercu-
lem originem refert, indigna memorata res illi videret.
Quod n. ille iam inde ab Hercule quintus et Vigesimus
talis est, cum tandem fortuna fecerit, etiamq; quinquegen-
sim ab Hercule sit, ridet, tanquam eos, qui reputare, et
abigere insanæ mentis vanitatē non possint. in his oībus
philosophus vir vulgo ridiculus habetur, partim quia superbus
superbus contemptorū appareat, partim quia quæ palam sunt,
ignorat et ambigit. THEOD. Rem ipsam, o Socrates,
ut accidit, enarrasti. s o c. At cum is aliquem, o ami-
cē, ad supera trahit, et illa paratus hinc decidere, mis-
seris libibis in quibus queritur in quo ego te, aut tu me læse-
ris, ad ipsius iustitia in iustitia ne speculationē ascendet,
quid utrāq; sint, quo ab alijs oībus inter se discrepēt, vel
etiam corrouersia illa dimissa qua q̄ritur, virum rex bea-
tus sit, qui multum auri possidet, ad contemplationē re-
gni ipsius beatitudinisq; humanae atq; miseriae, qualia
enīq; sint, et quo pacto humanae naturae conueniat hoc
adipisci, illud fugere: quando inquam, oportet de his oī-
bus rationem reddere pusillanimē illum, et acerrimū
causidicum, tunc sanè vicissim p̄œnas philosopho p̄edet.
Vertiginem enim patitur ab excelsa specula caligantibus
oculis, reporte qui superne prospicere sit insolitus. Mōret
quog; titubat, et barbarica profert. Quocircarismū nō
Theatibus, neq; rudi cupiam moneret, neq; n. persentiūt,
sed illis potius omnibus qui libere, et procul a servili vi-
ta educati sunt. Hæc, o Theodore, vtriusq; conditio. Al-
tera quidem hominis illius, qui libertate et otio est educa-
tus, quem philosophum vocas. Qui cū revera virtupera-
ri non debat, tamen fatuus et inepitus appetet, quoties
cung seruilia ag creditur ministeria, quum neq; stramen-
torum sarcinas colligare, neq; obsoniorum condimenta co-
ficerere, neq; adulatoria blandimenta verborum confusere
posset. Altera est hominis illius conditio, qui hæc expe-
ditè celeriterq; subministrare potest, sed decenti liberi ho-
minis vestitu commode vti nescit. Sermonis insuper har-
monia conuenienti deorum, et hominum beatorum vita
veram canere prorsus ignorat. THEOD. Si ceteris homi-
nis ea qua dicas, o Socrates, aquæ ac mībi persuaderes, mitus extre-
pax amplior, et mala pauciora inter homines nasceren-
tur. s o c. At impossibile est, o Theodore, mala penitus
extirpari. Nam bono oppositum aliquid esse semper neces-
se est. Neque illa tamen apud deos locum habere possunt.
Naturam vero mortalem, regionemq; inferiorem neces-
sario circumveunt. Quare conandum est, ut hinc illue
quā celerrime fugiamus: fuga autem est, ut Deo simi-
les pro viribus efficiamur. Deo similes efficit, cū pru-
dentia, iustitia simul et sanctitas. Ceterum, o vir op-
timè, haud facile id persuaderi potest, quod non illius
gratia cuius vulgus existimat, sequenda virtus, et vi-
tium fugiendum: hoc est, ne malus videaris, utq; bonus
appreas. hancq; aniculare nūquæ mihi esse videtur. Sed
quod verū sit, ita dicamus. Deus nūquā et nullo mo-
do iniustus, sed quām iustissimus, totam videlicet iusti-
tia complexus potestatem, nihilq; illius similius, quām
iustissimus homo. Circa hoc vera industria et fortitude
virtus, neconon inertia imbecillitasq; versatur. Horū sanè
cognitio vera virtus et sapientia: ignoratio cōtrā, scititia

Imposibile
est mala p-
mitus extre-
pax amplior
Mala ini-
riordibus

& improbitas manifesta. Aliæ vero, quæ facultates sa-
 pientiæ videntur, in ciuitatis quidem magistratibus
 molestæ sunt, in artibus aut ceteris illiberalibus. Illi igitur
 qui aliquid inique patravit, & prophana vel dicit, vel
 facit, ei multo tutissimum est, si nihil vafricia posset,
 nec artibus malis vatur. Exultant n. opprobriis huius
 generis homines, sed minimè abieciunt, & inanes homuncu-
 los videri, nec terræ, ut dicitur, pôdus iners: sed viros
 tales qui tuto in rep. versari valeant. ideoq; veritas ex-
 primenda est, quod eo magis tales sunt, quales non putat,
 quo minus putant: iniustitia quippe mulieram ignorant,
 quam ignorare minimè decet. Neg. n. est, quam forsitan
 opinantur, verbera atq; cedes, que sâpe hi patiuntur, qui
 iniusti nihil egerunt, & iniusti sâpe deueriant, sed ea po-
 tius quæ vitari non potest. THEOD. Quam dicas? Socr. Cùm in rerum ordine, o amicè, exemplaria duo sint, di-
 uinum quidem beatissimum, quod vero dei expers miserium,
 non videtes ita rem se habere, stultitia extremaq;
 dementia occupati, latenter huic quidem similes ob actio-
 nes iniquas redduntur, illi contrâ dissimiles. Cuius pro-
 fecto delicti penas pendent, dum vitam illi conueniente
 cui similes effecti sunt, ducunt. Enimvero si dixerimus,
 quod hos quidè, nisi à nequitia cessauerint, vita funeris
 locus ille malorum expers non capiet, istic aut propria
 vita similitudinem gerent semper una cum malis mali ver-
 santes: respondebunt astuti malitiosi, hoines deliramenta
 quadam sese audire. THEOD. Et maximè quidem, o
 Socrates. Socr. Nonne equidè, o amicè. Vnū hoc saltē
 illis accedit, quod squando priuatim reddere viciissim,
 & afferre in medium rônes eorum, quæ vituperant ne-
 cessè sit. velintq; viriliter disputandi morâ perpeti, neg.
 ignave fugere: tunc demum, quod absurdum est, sua et
 ipsorum dicta improbabunt, eorumq; rhetorica penitus euia
 nescit, ut nihil differre a pueris videantur. Verum his
 iam fine cum pter propositum sint, imponamus. Alio-
 quin materies vndiq; plurima confluens sermonem à princi-
 pio institutum obruet. Reuertamur igitur ad priora, si
 zibi quoq; videtur. THEOD. Mihi quidè ista, o Socr-
 ates, nihil molestiora auditu contingunt. Facile nanque
 qua atate sum hoc assequor. Verutamen si tibi placet, re-
 deamus illuc unde digredi sumus. Socr. Eò profecto
 disputando deuenimus, ut dicemus eos qui essentiam o-
 mnem in agitatione ponebant, quodue cuiz videtur, hoc
 eidem existere, in ceteris quidem rebus vehementius hoc
 asserturos, in iusta aut non minimum: quod o no quæ-
 cung ciuitas, ut iusta sibi apparertia statuit, hæc eatenus
 illi iusta sunt, quatenus statuta permanent. At vero ne
 minem fortem adeò futurum, qui id in bonis vtilibus
 contendere audeat, quod videlicet quæcunq; vtilia sibi ap-
 parentia instituit ciuitas, hæc eatenus illi coferentia sunt,
 quatenus talia statuta fuerint, nisi forte quis nomine dixe-
 rit: hoc aut ad id quod volumus scôma effet potius. non?
 THEOD. Procul dubio. Socr. Ergo non ita ducendu. imo
 quod tale ciuitas nuncuparit, ad id condendis legibus re-
 spicit, ac leges singulas quoad putat et pot, quam maxi-
 me sibi viles condit. Nihil aliud in legibus ferendis in-
 tendit? THEOD. Nihil aliud. Socr. Numquid voti cōpos
 semper efficitur? an sâpe ea fallit opinio? THEOD. Sâpe
 numerò fallit arbitror. Socr. Hac præterea rône quisq;
 magis hæc eadem confitebitur, si quis de omni specie per-

contetur in qua viles consistit. Est autem quodammodo
 & circa futurum ips. Nam quoties leges condimus, ut
 in posterum profuturas condimus, quod quidem futurum
 rectius vocaremus. THEOD. Maxime. Socr. Agedū
 ita, vel Protagoram, vel quemuis alium sc̄tatem eius
 interrogemus. Omnia rerum hominem, o Protagoras
 mensuram asseritis, alborum, granum, leuum, &
 vniuersiusq; talium. Nam cùm iudicariam illorū vim
 in seipso contineat, & qualia patitur, talia iudicet, ve-
 ra sibi, & quæ sunt, iudicat. An non ita? THEOD.
 Ita planè. Socr. Nunquid & futurorū, o Protagoras
 dicemus, habet vim iudicariam? & qualia patit sibi
 hæc fore, talia sibi existimanti contingunt. cù medicinæ
 quissimam imperitus in febrim sese incursum putat, atq;
 ita sese calefactum iri: medicus aut repugnat, contraria opti-
 natus: virtus illorum veram opinionem futuram dueci-
 mus? nū virtusq; & medico quidè neg calidum, neg
 febricitantem futuram, sed sibi vtrung? THEOD.
 Ridiculū quidem id esset. Socr. Quinetia de vino quod
 dulce vel austерum futurum sit, agricultor, non citharistæ
 opinio præualeat. THEOD. Quidni? Socr. Neg. de con-
 sonâ, dissonâ futuro, gymnasticus melius quam
 musicus opinatur, quod deinde ipsi gynastico consonans
 esse videbitur. THEOD. Nullo modò. Socr. Quando ve-
 rò parata mensa offerenda sunt epula, ac de futura illa-
 rū suauitate aliquid prædicendum, nonne coqui opinio po-
 tor quæ alterius cuiuslibet popinaria imperiti? De eo
 quod vel est vel fuit suave cuiz, non pugnamus, sed de
 illo potius quod in posterū esse cuiz & videri debet: vtrū
 sibi quisq; idoneus iudex, an tu potius Protagoras quod
 circa sermones probabile singulis in iudicio futurum est,
 rectius quæm qui quis rudium præuideres? THEOD. In
 hoc ipso in primis, o Socrates, præcellere cunctis Protago-
 ras est professus. Socr. O miser. nemo per iouem illum
 oblatâ pecunia sc̄tatus fuisset, nisi familiaribus persua-
 sisset, quod probabile in posterum erit, videbiturq;, neg
 vatem neg alium quemuis melius quam se vnicum præ-
 sagire. THEOD. Vera loqueris. Socr. An non legum
 quoq; lationes utilitasq; ad futurū spectant? & quilibet
 absq; controversia fateretur cōstitutionem reip. ab eo quod
 vnde est, sapientia aberrare? THEOD. Valde. Socr. Satis
 iam aduersus præceptorem tuum dictum sit, quod fateri
 cogitur, alium alio sapientiorem existere, eumq; talis
 mensuram esse. Me autem cum expers scientia sim, nihil
 mensuram fieri, cogit, quemadmodum sermo nuper il-
 lius vrgebat, quod videlicet seu velim siue nolim talis
 essem. THEOD. Ex illo, o Socrates, maximè conuinci
 illius sermo videtur, & ex hoc non nihil, quod aliorum
 opiniones validas efficit: ha vero sermones illius palam
 reprobant, falsos existimantes. Socr. In multis in-
 super, o Theodore, deprehendi hoc licet, non omnem o-
 mnium opinionem veram existere. Sed circa præsen-
 tem cuique passionem, ex qua sensus, & secundum
 sensus opiniones nascuntur, difficilius deprehenditur sen-
 sus opinionesque veras non esse. Fortè vero nihil dico.
 Nam si assecute sunt, conuinci non possunt: & qui
 illas certas atque scientias esse affererent, forsitan non
 aberrarent. Et idcirco Theatetus hic haud ab re inquit
 sensum & scientiam idem esse. Quamobrem proprius
 accendens est, quemadmodum Protagoreus sermo
 præcepit,

præcepit, & hanc agitat amēssentiam pulsando examinandum, integrūmne an collisum sonum reddat: pugna utique de illa non mediocris, nec inter paucos extitit.

THEOD. Per multū sanè adest, vt vīlis contentio sit, quæ per Ioniām pāsim propagata est: siquidem Heracliti studiosi huic sermoni summopere suffragantur. S O C. Propterēa, o amicē Theodore, à primordijs hæc inspicienda sunt, vt illi opponunt. THEOD. Oīno. etenim, o Socrates, de Heracliticis, vel, vt tu aīs, Homericis, ac et an tiquioribus istis apud Ephesios, eos præserim qui peritos videri volunt, non magis, quam apud cœstro concitos loqui licet. Planē n. scripta illorū impetu feruntur. Mōra aut̄ expectatiq; in sermone, & q̄stionib; , & quies inter respondendum interrogandūq; , minus illis adest, quam quod nihil. Imo et̄ minus, quam nihil: adeò parū viris illis bonitatis in aīo est: sed siquē illorum aliqua de re interrogēs, tanquā ex pharetra obscura verbula deponentes sagitant. Et si huīus rōnem perquiras, altera quadam sed noīe mutato feriunt: nunquā verò cū illorū aliquo quicquam perficies, neq; ipsi inuice. Idq; vñ obseruantissimē curant, vt nihil estable, aut in sermone, aut in aīs suis esse permittat, putates (ut mibi videtur) id ipsum estable esse, atq; id totis viribus insectantur, & vndiq; vehementer expellunt. S O C. Forśitan, o Theodore, hos viros in pugna vidisti, in pace verò nequaquam. Neg. n. amici tibi sunt. Verūm talia quadam discipulis suis, vt arbitror, in ocio dicunt, quos similes sibi reddere volunt. THEOD. Quibus discipulis, o beatē? Neque n. inter istos alter alterius fit discipulus, sed sponte nascuntur, vnde cung; contingit eorū quēz furore corripi. Atq; alter alterum scire nihil existimat. Ab his itaq; rōnem, vt modo dicebam, nullam vñquam accipies, nec volenterib; , nec inuitis. Nos aut̄ oportet tanquam propositione accepta considerare. S O C. Scīte loqueris. sīnam siquidē aliam quandam accepimus à prisca poēmate vulgus hominum celantibus, quod origo altorum oīum Oceanus sci licet atq; Tethys sit, quodq; fluxus sint oīa, nihilq; constat. A recentioribus aut̄ atq; yis sapientioribus rem adeò clare demonstrantibus, vt vel cerdones eorū sapientia audiendo perciperet, desinerentq; stulte putare consistere partim res, partim contrā moueri, ab yis inquam accepimus moueri oīa, quos autores & venerantur. Propemodum aut̄, o Theodore, oblitus eram quod alijs his contraria monstrant: vniuersi videlicet congruum nomen esse hoc existens immobile, & alia quacunq; Melissei Parmenideiq; aduersantes his oībus asseuerant, quod oīa vnum sunt, idq; vnum ipsum in seipso consistit, locum in quo mouatur nullum penitus habens. Quid de his oībus, o amicē, dicendum? sensim nang progesſi vtrorūq; medij clam euasimus. quod si nullo pacto propugnantes abeamus im bellis, pīnas dabimus instar eorum qui in palæstris ad linēam ludunt, quando ab vtrisq; apprehensi in contraria distractabuntur. De his itaq; prius agendum videtur, quos primo fluentes scilicet aggresti sumus. Et si quid probabile dicere videbuntur, cum illis vñā, & ipsi nos trahimus alios fugientes. Sin autem qui vniuersum estable ponūt, vteriora protulerint, refugiemus ad eos ab illis, qui et immobilia mouent. At si neutri verisimile aliquid adducere nobis appareat, ridiculi nimū euademus, putates nos viles homunculos magnū aliquid sapere, cū nihil nisi

priscis illis ac sapientibus viris derogamus. Vide igitur, o Theodore, virum praestet neque tantum subire periculum. THEOD. Nullo modo committendum est, o Socrates, quin virorum sensa quid veri, quid falsi habeant, discutamus. SOC. Discutiendum est iam, postquam et tu id probas. Videatur utique mihi disputationis huins principium a motu sumendum, quo scilicet motu moueri oportet dicatur. Quod autem dico hinc est, utrum species unam motus inducant, an quemadmodum mihi videtur species duas. Nego, id tamen mihi soli videri cupio, sed tibi quoque, ut pariter ambo quicquid oportuerit patiamur. Dic igitur. Nunquid moueri dicas, quando locum quid ex loco mutat, vel in eodem veritur? THEOD. Evidenter. s o c. Ergo una haec species esto. At cum eodem in loco quid permanens senescit, vel nigrum ex albo, vel ex molli durum efficitur, aut alia quadam alteratione mutatur, nonne alteram hanc motus speciem merito nuncupabimus? THEOD. Merito. SOC. Ex his necessarium est geminas species motus existere, alterationem scilicet, motumque localis. THEOD. Probabo. s o c. Hac distinctione primita, ad eos qui moueri oportet volunt, iam pergamus, et hunc in modum interrogemus. Utrum quodlibet fatemini utrummodo moueri, alteratum pariter atque delatum? aut aliquid utrummodo, aliquid unicum? THEOD. Evidenter quod afferam non habeo, arbutorum tamen illos utroque modo dicturos. s o c. Alioquin, o amice, agitata simul et consistentia subiugis videbuntur, nec magis moueri oportet, quam stare oportet alicet afferere. THEOD. Vera loqueris. s o c. Postquam moueri ipsa oportet, absentiam vero motus illi competrere, oportet utique semper oportet motu mouentur. THEOD. Necesse videtur sequitur. s o c. Hoc age ex eorum dictis considera, caloris scilicet, vel albedinis, vel cuiuslibet generationem. Nonne diximus eos putare unumquodque horum ferris simul, cum sensu inter agens, et patiens? Et patiens quidem sensibile esse, non sensum, agens autem efficiens esse aliquid, non tamen qualitate esse? Forte qualitas extra numerum tibi nomen videtur, neque sic in genere dictum percipis, in partibus igitur audi. Agens. n. nego, calor, neque albedo, sed calidum potius albumque, ceteraque eadem. Recordaris ita nos supra dixisse, nihil secundum seipsum unum aliquid esse, neque insuper agens, aut patiens, sed ex utrisque vicissim congradientibus sensus et sensibilitia emanantia partim fieri qualia quoddam, partim vero sentire? THEOD. Memini, ac cur non ita dicant? s o c. Cetera praetermittamus, sic ne, an aliter dicant. Id vero cuius gratia disputatur, diligenter exquiramus. Mouentur, ut dicitis, fluuntque oportet. Nonne? THEOD. Certe. s o c. An non utrisque illis quos distinximus motibus, delata similitudine, et alterata? THEOD. Quidni, si modo perfecte moueri illa necesse sit? s o c. Si igitur ferretur solus, neque tam alterarentur, possemus dicere qualia quoddam fluuntque feruntur, aut quo dicemus? THEOD. Hoc pacto. s o c. Quoniam vero nego, id permanet, ut albus scilicet, quod fluit, fluat, sed permittatur, ita ut huins ipsius sit fluxus albedinis, et in aliis coloribus transitus, neullo modo permanere deprehendi possit, non possumus aliquando colorum aliquem pronuntiare ita, ut recte denotemus? THEOD. Atqui quo pacto, o Socrates, aut in hoc, aut in alio illo id fieri potest, si quidem pronunciamus continuo subterfugit, ut potest quod semper fluit? s o c. Quid porrò de quouis sensu dicendum,

Ve videndi vel audiendi? nūquid in visione, aut auditu aliquando permanere? THEOD. Minimè oīum, si quidē cuncta mouentur. s.o.c. Neḡ igitur videre quicquam potius, quām non videre dicendū, neḡ alio vlo sensu vti magis quām non vti, cūm oīa penitus transmutentur.

THEOD. Non certe. s.o.c. Veruntamen sensus ipse scientia est, vt ego Theatetusq; diximus. THEOD. Dic̄bū quidē. s.o.c. Non igitur scientia magis, quām non scientiam respondēbimus quid scientia sit interrogari. THEO. Sic certe videmini. s.o.c. Opportunē itaq; responsionē illam emendaremus, si demonstrare contendēremus quid oīa mouentur, vt rectā illa responsio videatur: hoc aut̄, ve videtur, apparuit, quid si oīa mouentur, responsio qualibet, de quoq; quis respondeat, aquē rectā est, qua id sic se habere, & nō sic habere se respondet. Quod si magis fieri dicendū, ne ipsius sermone sistamus. THEO. Recti loqueris. s.o.c. Præterquam in hoc, ō Theodore, quod ita & non ita dicebā. oportet aut̄ neḡ hoc ita dicere. Neḡ. n. amplius ita moueretur, neḡ rursus non ita.

Non. n. motus hoc, sed nomen aliud imponendum ab ijs qui talia differunt: quoniam nunc ad eorū suppositionem verba non habent, nisi forte dictionē hanc, scilicet non quoq; habere videantur, quae quidem potissimum ipsi congruit infinitē prolata. THEOD. Valde conueniens illic hæc dictio est. s.o.c. Iam, ō Theodore, quod ad amicū tuum attinet, expediūmus: nēcdum concessimus illi quēlibet hōiem rerum oīum esse mensuram, nisi sapiens quis existat. Scientia insuper esse sensum minimè concedemus secundum rōnem illam quae moueri oīa prædicat, nisi forte Theatetus hic aliter persuadeat. THE. Optimè dixisti, ō Socrates. His n. per actis me quoque ab his expeditum esse decet, vt inter nos connenerat. Postquam vero disputatione aduersus Protagorā finem accepit, ne desistite quæs̄ Theodore, antequam tu & Socrates percurratis eos insuper qui st̄are oīa voluerunt, quemadmodum pano ante proposuitis. THEOD. Cūm sis iuuenis, ō Theatete, seniores iniuriam facere doces, dū pac̄a transgredi exhortaris. sed accingere tu, vt reliquorum Socrati, si velit rōnem reddas. THEAET. Libentissimè tamen ea de quibus loquor audire. THEOD. Equites in campum prouocas, cum Socratē ad disputandum accersis. Interroga igitur, atq; audies. s.o.c. Videor equidem, ō Theodore, in his quae Theatetus iubet, ipsi minimè pariturus.

THEOD. Quid obstat quo minus obsequaris? s.o.c. Etsi Melissum atq; alios qui vnum consiliens vniuersum dicunt, vereor ne forte onerosi videamur illos exagitantes, minus tamen, quām vnicum Parmenidē vereor. Parmenides autem, vt Homericis verbis utar, verendum mihi acerq; videtur. Collocutus sum oīum cū illo sene admodū adhuc adolescentis, mibiq; visus est profundā generosamq; mente sen. omnino sapientiam possidere. formido itaq; ne dicta eius vocesq; nequaquam intelligamus: quod autem verbis subintelligit, multo magis nos lateat: & quod maximum est, cuius gratia disputatione inter nos cœpit, quid scientia sit inquirens, indiscessum relinquatur, si procacitati verborum indulgeamus: præsertim cū amplissima quæstio illa quam modo induximus, si præter propositū & quasi digrediendo tractetur, indigna nimium passura sit: & si latius exactiusq; perficiatur, scientia ipsius inuestigationem impeditura. Neutrū vero decet, sed magis Thea-

tet fæcum circa scientiam obstetricia facultate in lucem educere, & diligenter examinare. THE. Si ita videtur, ita agendum est. s.o.c. Hoc præterea Theatete circa supra dicta considera. sensum esse scientiam respondisti, an non? THE. Certè. s.o.c. Si quis interrogaret, quónā alba & nigra homo videat, quone acuta & grana audiatur: oculis vt arbitror & auribus responderes. THE. Evidem. s.o.c. Vt nōbus verbisq; cōtoribus, neḡ exactè curioseq; disquirere, sapenumero generosi animi est, contrarium aut̄ illiberalis: nonnunquam tamen necessarium est, quemadmodum in præsentia examinare cogimur, qua ex parte responsio tua minus rectā sit. attende quæ responsio rectior, vtrum quæ dicit quo videmus id oculos esse: an q; dicit, per quod videmus. Item quo audiūs aures, an per quod audiūs. THE. Potius mihi per quæ singula sentimus, quām quibus sentimus respondendum videtur, ō Socrates. s.o.c. Absurdum quidem id esset, ō puer, si multi nobis sensus quēadmodum ligneis equis insiderent, & oīa hæc in vnam sine ideam, sine atam, seu quoq; vocari decet, minimè tenderent, qua per ista tanquam per organa q;ung sensibus subiacet scientiam. THE. Mibi quidem hoc potius, quām illo modo videtur. s.o.c. Idcirco ista tecū diligenter perquirō, vt videamus, vtrum vno quodā eodem quod insīs nobis, per oculos quidē alba & nigra percipiamus, per alia vero organa alia q;dam: pos̄isq; interrogatus, in corpus singula hæc referre. Præstat forsitan te ad singula respondere, quām me tui vicē gerendo defatigari. Dic itaq;, ea per q; sentis calida & secca, leuia atq; dulcia, nonne corporis organa singula ponis? an alterius cuiuspiā? THE. Nullius alterius. s.o.c. Nunquid. fateberis q; per aliam potentiam sentis, per aliam sentire non posse? veluti que per auditum, eadē per visum: & contrā q; per visum, eadē per auditum? THE. Quidni fatecar? s.o.c. Si quid ergo de vtrisq; cogitas, non vtrq; per aliud organum, neḡ etiam per aliud de ambobus id sentis. THE. Non certe. s.o.c. De voce atq; calore vtrisq; simul, primum quidem id cogitas, quod vtrq; sunt. THE. Cogito. s.o.c. Itē quod alterutrum ab alterutro diversum est, & sibimet idem. THE. Est isthuc. s.o.c. Quōdue ambo, duo sunt, vtrūque vero vnum. THE. Id quoque. s.o.c. Poteſt insuper vtrum similia inter se, vel diſimilia sint, iudicare. THE. Forte. s.o.c. Hæc utique omnia per quod potissimum de ipsi existimas? Non per auditum, non per visum, commune circa illa quicquam accipi potest. Hinc præterea quod dicimus, coniectare licet. Si de vtrisq; iudicari posset, falsane sint, an non, posses proculdubio declarare quo iudicares: idq; non visum, non auditum, sed aliud quiddā esse constat. THE. Cur non lingua uis id efficiat? s.o.c. Scitè loqueris. Illa vero potentia per quod tibi ostendit quod singulis est commune, quōdue super singula, quo esse & non esse denominas, que paulo ante de his percontabamur, qualia organa his omnibus assi gnabis, per quæ id quod sentit in nobis singula sentiat? THE. Essentiam atq; ipsum nō esse, similitudinemq; & dissimilitudinem, nēcnon idem & alterum, vnum quoq;, & alium circa illum numerū vnumquę. patet enim quod queris, per quod potissimum ex corporeis instrumentis ipsa anima par & impar, & quæ sequuntur, percipiamus. s.o.c. Egregie admodum, ō Theatete proferis,

queris, atq; hæc ipsa sunt, quæ interrogo. THE. Per se-
uem, o Socrates quod dicam ignoro, nisi quod nullū hmoi
proprium organum his ut illis accommodari puto, sed i-
psam potius per seipsum aī am, cōionem in oībus indica-
re. SOC. Pulcher es, o Theatete, nec ut aiebat Theodo-
rus, deformis. Nam qui pulchrè loquitur, pulcher est
atq; bonus. Accedit ad hæc quod ingens mihi beneficium
contulisti. Nam prolixa graui disputatione me liberasti,
postquam tibi videtur aī a quædam per seipsum aī aduer-
tere, nonnulla per corporis vires apprehendere. Nam hæc
mea sententia erat, quam tibi quoq; cupiebam persuadere.
THE. Mibi certè persuasum est. SOC. Quorū in nume-
ro essentiam ponis? Hæc sanè maximè ad oīa sequitur.
THE. Eorum quæ ipsa per se aī affectat atq; affequitur.
SOC. Nunquid & simile dissimileq; & idē & alterū?
THE. Et hæc. SOC. Quid pulchrū & turpe, bonumq;
& malum? THE. Horum quoq; mihi videtur maxime
oīum essentiam inuicem considerare, reputans atq; compa-
ratis in seipso p̄terita præsentiaq; ad futura. SOC. Ad-
uerte et hoc, rei dura duritie per taīlū sentiet, & mol-
lis simili rōne mollicie. THE. Ita. SOC. Essentiā vero,
& quod sunt, mutuamq; contrarietatem, ipsiusq; con-
trarietas essentiam ipsa aī a per se uoluntans, & inuicem
conferens, discernere nititur. THE. Oī no quidem. SOC.
An non statim natus hōbus atq; brutis naturalis qdā
facultas adest, qua passiones per corpus manantes in aī am-
sentunt? Ratiocinatio vero cōparatioq; istorum ad essen-
tiam uilitatemq; vix tandem post longa curricula teperi-
ris, frequenti studio & disciplina aduenit quibuscunque
cōpetit? THE. Ita prorsus. SOC. Nū veritatem eo per-
cipere possumus, quo essentiam non percipimus? THE.
Minime. SOC. Cuius aut quis veritate caret, huīs
scientia uillam habet? THE. At quo pacto id fieri posset?
SOC. In passionibus igitur scientia nequaquam ineſt, in
rōcinatione tamē quæ circa illas versatur, inesse videtur.
essentiā quippe veritatemq; hoc attingere possumus, illis
vero nequaquam. THE. Constat. SOC. Nū idem illud &
hoc vocas, cū tanta inter se differentia discrepent? THE.
Haud sanè deceret. SOC. Quod illi nomen attribuis? ei
scilicet quod est videre, audire, odorare, gustare, cale-
fieri, frigesceriq; Nū sentire? THE. Idipsum, quid. n.
aliud? SOC. Vniuersum igitur hoc sensum vocas? THE.
Necesse. SOC. Huic veritatis perceptionem conuenire ne-
gamus, cū essentiā non percipiat. THE. Sic est. SOC.
Neg scientia igitur compos erit. THE. Non. SOC. Ex
his sequitur, o Theatete, scientiam & sensum nūquam
idem fore. THE. Nunquam penitus. SOC. In his per-
spicue patuit, aliud sensum, aliud scientiam esse. Verū
non huīs gratia differere cōpimus, vt quid sciētia non
sit, imo quid sit, inueniremus. Eatenus vero disputādo
processimus, vt scientiam in sensu nullo modo querendam
iudicauerimus, sed in eo noīe potius, quod tunc sortitur
aī us, cū ipse secundum seipsum circa illa quæ sunt, ver-
satur, & agit. THE. Atqui hoc, o Socrates, ut ipse
arbitror, opinari vocatur. SOC. Recte arbitraris am-
icē. Et nūc aduerte, deletis ex aī cunctis superioribus,
nunquid maius perspicias, postquam hucusq; euctus es.
Quando est
opinio.

idq; à me nunc responsum puta: quod si aliter disputando
deinceps videbitur, aliquid aliud afferre conabimur.
SOCR. Euge Theatete. sic prompto aīo disputare decet,
neg, vt cōperas tergiuersari. Si. n. ita fecerimus, alterū Secūda fā
è duobus contingit: aut quod affectamus inueniemus, aut tī defini-
certe quod ignoramus minus nos scire putabimus: neque
mediocre lucru id erit. & nunc quidē quid aīs? An cū
duæ sint opinionis species, vera vna, & altera falsa, opi-
nionem verā scientiam definis? THE. Definio. hoc. n.
mihi in præsentia videtur. SOC. An de opinione deinceps
ab initio pertractandum? THE. Quidnam? SOC. Tur-
bat me nunc & sape alias, adeo ut in ambiguitate plu-
rima quo ad me ipm & quo ad alios verter, explicare nō
valens quæ nam sit hæc in nobis affectio, quoniam pacto ad-
ueniat. THE. Que nam hæc? SOC. Falso scilicet aliquē
opinari. de quo nunc ēt ambigo, utrū id omittamus, aut
aliter quām suprà consideremus. THE. Quidni, o Socrates,
si quo modo decere censes? præclarē. n. tu & Theodo-
rus in superioribus de ocio dicebatis, quod nihil in talibus
urgeat. SOC. Opportunè admonuisti, fortè. n. hand ab
re erit tanquam vestigium iterato percurrere: præstat nāq;
parū bene, quām multum non sufficienter determinare.
THE. Præstat sanè. SOC. Quo igitur, & quid dici-
mus? falsam pluriq; opinionē esse dicimus, & aliquem
nostrū falsa opinari, aliū vera, quasi hæc ex natura ita
se habeant? THE. Dicimus absque dubio. SOC. Nōnne
hoc nobis tā circa oīa, quām circa singula cōpetit? nosse
videlicet, vel ignorare? nā discere & obliuisci, utpote
istorū media, imp̄tentiarū transeo, cū nihil ad propositū
nobis conferant. THE. Nihil prorsus, o Socrates, aliud
præter nosse, vel ignorare circa vñquodq; relinquitur.
SOC. Nōnne igitur necessarium est opinantē opinari illa
de quibus nouit aliquid, vel non nouit? THE. Neces-
sarium. SOC. Quædam noscentem ignorare idem, vel
ignorantem nosse impossibile est?

Quæ nouit, ea putare quæ nouit.
Quæ non nouit, ea putare quæ non nouit.
Quæ nouit, ea putare quæ non nouit.
Quæ non nouit, ea putare quæ nouit.

THE. Quidni? SOC. Nū qui falsa opinatur q; nouit, ea
putat non ea esse, sed alia qdā q; ei nouit: & utrāq; no-
scens, utrāq; rursus ignorat? THE. At fieri hoc nequit, o
Socrates. SOC. An fortè q; non nouit, ea putat alia qdā
esse q; non nouit? & qui neg Theatetū, neg Socratē agno-
uit, cogitare vñquā pōt Socratē Theatetū, vel cōtrā Thea-
tetū Socratē esse? THE. Nunquā. SOC. Neg, tamē q; quis
nouit, ea q; non nouit, esse putat: neg, rursus q; non nouit,
ea q; nouit. monstrū n. esset. Quo pacto igitur falsa quis
opinabitur? Præter hæc quidē opinari non licet, quādo qui
dem oīa vel noscimus, vel ignoramus: i his aut nullo mo-
do falsa opinari quis posse videtur. THE. Vera loqueris.
SOC. An fortè, nō ita considerandū quod qrimus, secun-
dum nosse & non nosse procedendo, sed secundū nosse &
nō esse? THE. Qui isthuc aīs? SOC. Ne simplex sit. quo-
niā qui q; nūsqua sunt, in quacung; tandem re opinatur, is
non pōt non falsa opinari, quocung; tandem cogitet. THE.
Decens id quoq; o Socrates. SOC. Quo igitur, quidē
respōdebimus Theatete, si quis nos interroget (possibile est
autem vñciuq; quod dico.) Quisnam hōiū ipsum quod
opinetur q; non est opinetur? siue de aliquo eorum quæ sunt, siue non est.
ipsum

ipsum secundum seipsum? Ad hanc utiq. respondebamus: quando si illicet quissim opinando uera non opinatur. aut quid dicimus? THE. Sic certe. s.o.c. Num & alibi tale quid accidit? THE. Quid istud? s.o.c. Ut aliquis uidet quidam aliquid, videat aut nihil? THE. Fieri nullo modo potest. s.o.c. At vero si vnu quiddam videt, existentiam quiddam videt. an ipse putas vnum in his que non sunt, esse? THE. Minime. s.o.c. Qui ergo vnu aliquid videt existens aliquid videt. THE. Apparet. s.o.c. Et qui aliquid audit, unu aliquid audit, & existens audit. THE. Profecto. s.o.c. Item qui aliquid tangit, vnu ali quid tangit, & existens insuper si quide vnu. THE. Et istud. s.o.c. Qui autem opinatur, nonne vnum aliquid opinatur? THE. Necessarium est. s.o.c. Et qui unu aliquid, nonne existens aliquid? THE. Assentior. s.o.c. Qui ergo non existens opinatur, nihil opinatur. THE. Non videtur. s.o.c. At qui nihil opinatur, oī non non opinatur. THE. Cōstat, s.o.c. Impossibile igitur est, quod non est opinari, siue de aliquo eorū quae sunt, siue ipsum secundū seipsum. THE. Impossibile uidetur. s.o.c. Aliud itaq. est opinari falsa, quam ea quae non sunt opinari. THE. Aliud apparet.

Tertius modus. s.o.c. Neq. igitur sit, neq. vt paulo ante cōsiderauimus, opinio falsa nobis inest. THE. Non certe. s.o.c. At in hoc modo hoc forsan appellamus? THE. Quē? s.o.c. Alienā quandā opinionem, falsam opinionē esse dicimus, quando quis aliquid eorū quae sunt, aliud quiddam eorū quae et ipsa sunt, prout animi cogitatio mutarit, esse dicit. sic n. existens aliquid semper, sed pro alio aliud opinabitur: cūq. ab eo quod cogitauit aberret, iure falsa opinari dicetur. THE. Reclē nimis modo dixisse uideris, nā quoties aliquis pro pulchro turpe, vel contraria proturpi pulchru opina tur, toties falsa opinari nō ab re iudicetur. s.o.c. Cōtemnis me, o Theatete, neq. uerius? THE. Quorsum haec. s.o.c. Hand. n. puto, videor vi quod reuera falso sum ist apprehē disse, interrogatus vtrū posbit velox tardi, aut leue grauis, vel aliud quiddam contrariū non secundū naturā pro priam, verū secundum naturā contrarij sibi ipsi contrariū fieri. Ne igitur id frustra aut temere audeas, dimitto, placet qd tibi, vt aī, falsa opinari, esse idē quod et aliena opinari. THE. Mibi quidē. s.o.c. Licet ergo, ut ipse putas, alterū quiddam vt alterū, et nō vt illud cogitatione pone re. THE. Licet vtrāq. s.o.c. Quādo id igitur facit cogitatio, an nō necesse est ipsam, aut vtrāq., aut alterū cogitare? THE. Necesse oī no. s.o.c. Aut simul, aut seorsim? Cogitare. s.o.c. Ipsiū aut cogitare, nū idem quod & ego, uocas? THE. Quid tu uocas. s.o.c. Sermonē quē ipsa anima apud se voluit circa illa quae considerat. re tibi, eamq. vt minimē peritus, declaro. Hoc n. mibi uide tur, cogitationē scilicet animam nihil aliud agere, quam secum ipsam differere, interrogando, respondendo, affirmando, atq. negando, Postquā vero d̄ finit, idemq. siue tardius, seu Velocius animaduertens afferit, neq. uagatur, hanc ipsam opinionem ponimus. Quamobrē opinari lo qui appello, opinionemq. sermonē, non ad alium, neq. uoce, sed silentio, et ad seipsum. Tu vero quid sensis? THE. Idem. s.o.c. Quando igitur aliquis alterum, opinatur, alterum tunc ut uidetur ad seipsum dicit, alterum esse alterum. THE. Quidni? s.o.c. Recordare obsecro, si quādo tecū ipse dixeris, pulchrum oī no turpe, uel iniustum esse iustū: imo, vt in summa dicam, nunquid persuadere tibi

unquam conatus sis, quod maximē omnium alterum sit alterum, an contrā: nec in somnijs unquam ausus fueris tecum dicere, quod paria prorsus imparia sint, vel aliud quiddam huiusmodi. THE. Nunquam certe. s.o.c. Nū quid alium quempam siue prudentem, siue insanum, au surum existimas secum loquendo ex industria sibi persuadere bouem necessario equū. Vel duo vnum esse? THE. Minime per iouem. s.o.c. Si secum loqui opinari est, nemō dū vtrāq. dicit, opinatur, attingitq. aīo, proferret vñquā opinareturq. alterum esse alterum. Mistamus, si placet, verbū hoc alterum, hoc autem est quod volo, neminem opinari turpe esse pulchrum, aut aliud quicquam eiusdem generis. THE. Mito r̄quidem, o Socrates, mihiq. quod aīs, admodum placet. s.o.c. Quare fieri nequit, vt qui opinatur ambo, alterū esse alterum opinetur. THE. Pater. s.o.c. At neq. n. qui alterum opinatur quidem, alterū minime, vñquā alterū esse alterum opinabitur. THE. Vera narras: nā cogeneretur etiam quod non opinatur attingere. s.o.c. Neq. igitur qui ambo, neq. qui alterū opinatur, aluna opinari potest. Quapropter qui falsam opinionem aliena opinari d̄ finit, nihil efficit. Vnde neq. hoc modo, neq. secundū superiora opinionem falsam nobis inesse cōstat. THE. Non vt uidetur. s.o.c. Verū sinea, o Theatete, si hoc non esse apparuerit, multa & absurdā cōfiteri cogemur. THE. Quānam? s.o.c. Non prius dicā tibi, quām oī no considerare contendero: puderet. n. me nostri in yis quae dubitamus, si confiteri quae dico, cogeneremur: sed si inuenerimus, liberiq. eu serimus, tum demū de alijs loquemur, quibus talia vñu veniunt, reportē ipsi ab hmo errore penitus alieni. sin aut omnino deficiemus, humiles f. cl. veluti fluctuantes & naufragā patientes, orationi nos permittemus, vt vel cōculcet nos, vel agat quō velit. Itaq. siquē exitum inueniā quæstionis huius, iā audi. THE. Dic modo. s.o.c. Hand fatebor reclē nos cōsensisse, quando cōcessimus, quae quis nouit, opinari non posse ea quae non nouit, atq. mentiri. Imo fieri quodāmodo potest. THE. Nunquid aīs, quod & ego tunc suscipiatus sum, quando id tale esse diximus, quod nonnū quam ego Socratem noscens eminusq. alium ignotum mihi propisciens, Socratem mihi notum esse putarim? Continget enim in hoc quo dicas. s.o.c. Nonne ab eo iam de pulsi sumus, quod efficiebat, ut quae nocimus cognoscentes minime nosceremus? THE. Prorsus. s.o.c. Ne igitur sic amplius, sed isto modo ponamus. ac forte quissim nobis assentietur, forte etiam aduersabitur. Verum ad id attēdamus in quo necessariū est sermonem illum qui omnia in uertit, examinare. Vide itaq. an aliquid dicā, potēstne qui ante aliquid ignorant, postea discere? THE. Potest certe. s.o.c. Nonne aliud deinceps atq. aliud? THE. Quid obstat? s.o.c. Pon exempli causa, ceream vnam in aīs nostris effigiem, in hoc maiore, minorem in illo, in hoc purioris cerā, sordidioris duroris siue in alio, in quibusdam mollioris, in nonnullis etiā temperatae. THE. Pono. s.o.c. Donū hoc esse dicamus Musarum matris Memoriae, & in hoc quicquid eorum quae aut videmus, aut audimus, aut ipsi excogitamus, meminisse cupimus, insinuantes ipsum sensibus intelligentijsq. veluti anulus signantes ex primis, quodq. signatū fuerit, meminimus nos, et sci mus quoad figura permanet: at cū aboleatur, vel inscribi nequit, obliuiscimur atq. nescimus. THE. Sic est. s.o.c.

Qui ergo scit quidem illa, considerat autem quicquam eorum quæ videt vel audit, vide virum hoc modo falsa opinetur. THE. Quónam? s.o.c. Quæ nouit esse putans, nunc quidem quæ nouit, nunc verò quæ non nouit. Hac utique suprà non rectè confessi sumus, impossibilia confitentes. THE. Nunc autem

In notitia sine sensu.

Nosse, quod nouit.

Nosse, quod non nouit.

Non nosse, quod non nouit.

Non nosse, quod nouit.

In sensu solo.

Sentire, quod sentit.

Sentire, quod non sentit.

Non sentire, quod non sentit.

Non sentire, quod sentit.

In utrisque iunctis.

Nosse sentireq; quod nouit & sentit.

Nosse ac sentire, quod nouit & non sentit.

Nosse ac sentire, quod sentit & non nouit.

Nō nosse & non sentire, quod nō nouit et non sentit.

Non nosse & nō sentire, quod non nouit & sentit.

Non nosse & non sentire, quod non sentit & nouit.

Sunt & alia conjugationis, quæ quia ex his facile fieri possunt, omissa sunt.

quomodo dicit? s.o.c. In hunc modum de illis à principio distinguendo dicamus: quod isthuc quod quispiam nouit, eiusq; in animo monumentū seruat, non sentit aut, existimare nequit aliud quiddam esse eorū quod etiam nouit, imaginemq; illius seruat, non sentit aut, contraq; quod nouit, putare esse quod non nouit, cuiusue nullam seruat imaginem: & quod non nouit, id insuper quod nō nouit: & quod non nouit, id quod nouit: aut quod sentit, aliquid aliud eorū quæ sentit: siue quod sentit, aliquid quod minime sentit: aut quod non sentit, eorū aliquid quæ non sentit: siue quod non sentit quicquam ex his quæ sentit. Multoq; minus putare potest quod nouit, sentitq;, & seruat illius imaginem secundum sensum, esse aliud quiddam quod etiā nouit, & sentit, & seruat eodem modo: aut quod nouit, & sentit, & retinet, recte quod nouit, putare: Siue quod nouit & sentit, & similiiter retinet, id esse quod sentit: seu quod neg; nouit, neg; sentit, id esse quod nec nouit, etiam neg; sentit: Quodue neg; nouit, neg; sentit, id quod minime nouit: Quodue neque nouit, neque sentit, id quod minime sentit. Hec oī a talia sunt, ut nemo in eis falsa vllarōne opinari valeat. Restat ergo ut in quibusdam hmoī si modo alicubi tale quid accidat. THE. In quibusnam? Videamus, obsecro, an magis ex ipss intelligā. Nam in presentia haud assequor, ut in quibus nouit aliquis, ea putet esse alia quædam quæ & nouit & sentit, vel quæ non nouit, sentit tamen, vel quæ nouit sentitq;, ea quæ & nouit et sentit. Quare nunc longe magis quām suprà deficio. s.o.c. Age, sic iterum audi. Evidenter agnoscens Theodorum, eiusq; simulacru memoria tenens, Theatetumq; similiter, interdū quidem ipsos video, interdum non video. & tāgo quandoq; alias minime, eodemq; pacto & audio, & alijs sensibus apprehendo: sāpe ēt sensu vos nullo percipio, sed intra me scio nihilominus atq; memini. THE. Prorsus. s.o.c. Hoc itaq; primū ex his quæ expositurus sum, animaduerte, quod pōt quidem aliquis quæ nouit, nō sentire, potest etiā sentire. THE. Sic est. s.o.c. Nōne & quæ non nouit, sāpe etiam neg; sentit, & sāpe solummodo sen-

tit? THE. Esto. s.o.c. Vide an magis in p̄sentia id iam assequaris. Socrates dū Theodorum Theatetumq; agnoscit, sed neutrū videt, neg; alio sensu illos percipit, nunquam secū ipse Theatetum esse Theodorū opinatur. Quid ad hēc? THE. Vera sunt. s.o.c. Hoc sānū primum erat ex his quæ dicebā. THE. Erat. s.o.c. Alterū erat hoc, quod dum vñū ē vobis agnoso, ignoro alterū, & sentio neutrū, nunquam cum quem cognoso, illum esse quem ignoro, existimo. THE. Probē. s.o.c. Tertiū Verò istud: dum neutrū cognoso, neutrūq; sentio, nunquam cum quem ignoro, aliū quandam quem rursus ignoro, esse arbitror. atq; ita deinceps oī a supradictā repetita similiter puta: in quibus ego nunquā de te ac Theodoro falsa opinabor, neg; cognoscens neg; ignorās vtrōq; , neg; vnum qui dē noscens, ignorans alterum. eademq; de sensibus ratio, si modo percipis. THE. Percipio equidē. s.o.c. Restat itaq; vt falsa in hoc opinemur, quando te Theodorumq; cognoscens, seruansq; in cetera illa effigie utriusq; figurās lōgo ex tempore, tanquā anulorum vestrorū signacula, neque acutē cernens utrōq; , tento propriū vtriusque signum propria visioni attribuendo eius accommodare v̄stigio vt agnitiō fiat: sed aberro, & instar eorum qui cōmutatis calceis errant, cōmuto, & vtriusque visionem ad alienum simulacrum transfero, & similia quædā patior ys quæ in speculis transuerso resultant, cū aspectus dextera in sinistra cōmutat. Atque ita decipior, nasciturq; alie na opinio, & id est quod falsa opinari vocatur. THE. Oīno, ò Socrates, opinionis passio talis est, quale mirifice figurasti. s.o.c. Præterea quū vtrōq; cognoscens, unū insuper sentio, alterū minime, cognitionem verò alterius non secundum sensum habeo: quod suprà ita dixi, nec tu me intellectisti. THE. Non certè. s.o.c. Hoc tamen dicebam, quod qui agnoscit alterū atq; sentit, & cognitionem secundū sensum ipsius habet, nunquā patabit ipsum esse aliū quandam, quem agnoscit quoque & sentit, cu iūsue cognitionem secundū sensum habet. Erātne hoc? THE. Imo. s.o.c. Prætermissum quodāmodo fuit quod modo dicitur, cū in superioribus affereremus falsam opinionē contingere, quoties quispiā utraq; noscēs et uidēs, aut alio quodam sensum percipiens, & vtrorūque signacula tenens, non secundū ipsius propriū sensum v̄trung habet, verum instar imperiti sagittary à signo procul aberrat, quod quidem mendacium nuncupatu est. THE. Nec iniuria. s.o.c. Et quando vni quidē signaculorum adeſt sensus, alteri minime, quod verò absentis sensus est p̄senti falsa, & adscribit, oī noī hēc cogitatio fallitur: & vt summātum dicam, circa illa quæ quis nunquā aut nouit, aut sentit, fallimentirīue, & falsam opinionem habere non potest, si quid modo veri nos nunc quidem loquimur. Cæterum in quibus noscimus, & sentimus, in ys ipsis opinio vera vel falsa versatur: quæ cum ē cōspectu directoq; nixu propriā simulacra colligit, figuratq;, vera est. Cū verò trasverso atq; obliquo falsa. THE. Nōne præclare hēc, ò Socrates, dicta sunt? s.o.c. Cum hēc audieris, idē v̄herētiū asseres. Vera porrò opinari pulchrū est, mentiri turpe. THE. Quidni? s.o.c. Hēc utiq; hinc maximē fieri tradūt. Cū alicuius in aīo cerea effigies illa profunda et multa, leuisq; & probē subacta est, quæ per sensus influūt in hoc insculpta, quod Homerus animæ cor vocavit, cere hanc similitudinem sub intelligens, v̄potè pura signacula & fundi

*Qui memo
res & acu-
ti.*

funditus insidentia diurna sunt. Ac primo quidem homines sic instituti, dociles sunt et acuti, deinde etiam memores, postrem sensuum simulacra non commutant, unde vera nimurum opinantur. nam cum sint ea perlucida & ampla in regione, velociter distribuunt, diunduntq; in propriam effigiem singula, quæ quidem existentia vera vocantur, virg. tales sapientes esse dicuntur.

*Qui imme-
mores.*

an non idem tibi uidetur? THE. Mirum in modū. S O C.

Quando igitur densum alicuius est cor, quod sapientissimus Poëta laudavit, vel cum luctulentum, nec ex defecata cera, vel molle nimis, vel durum, non recte omnino se habet. Nam mollis nimium cera celestes quidem ad percaces, & qui piendum efficit, sed eosdem obliuiosos. Dura vero contraria, tardi ad percipiendum:

*Qui velo-
tardi ad p-
cipiendum.*

qui densam & asperam lapideamq; vel terream vel fennamenta habent, obscura simulacra continent. obscura quoq; qui duram: profunditas quippe non adest. Obscura praeterea qui molliorem, nam ex confusione facile evanescunt: quod si præter hac, inuicem quoq; congesta sint, ob sedis ipsius angustiam, si quidem exigua sit animula, obscuriora quoq; illis simulacra sicut. Homines ergo huiusmodi oes, quales descripsimus, ad opinionem falsam proni ad opinionem redduntur. Nam quoniam quid vident, aut audiunt, aut cognoscunt, quia singula singulis mox reddere nequeunt, car

Qui ignari

disunt, prænarcanturq; nam peruerso videt plurima, audiuntq; & alind saxe pro alio cogitando decepti concipiunt: atq; hi falsi mentientes, ignari vocantur. THE.

Rectissime oīum, o Socrates, loqueris. S O C. Fatendum igitur falsas hominibus opiniones inesse. THE. Valde.

S O C. Et veras in super. THE. Et veras. S O C. Iā virg. satis constare putandum duas opiniones esse. THE. Magno pere. S O C. Importunus reuera molestusq; admodum, o Theatete, vir garrulus esse videtur. THE. Quorsum

hac dicis? S O C. Ruditate meam, ac ut vere dicā, garulitatē meam molestie ferens, nam quod aliud quisquam nomine imponat ei, qui ob ingenij tarditatem sermones sursum deorsum uertit, quoniam persuaderi nequeat, et tanquam hebes expedire disputationem oī non nullam valeat, & dubitationes euadere? THE. Tu vero quid molestie fers? S O C.

Non tantū ægre patior, verum & dubitavi quidnam respondeam, si quis ita quæserit, o Socrates, reperi

isti iam opinionem falsam non inter se sensibus, non cogitationibus, sed in sensu & cogitationis cōgressu consistere?

At ego fatebor, reputo, gloriabundus, quasi egregiū quiddam inuenierimus. THE. Mibi quidem uidetur, o Socrates, haudquaquam turpe esse quod nunc ostēsum est. S O C. Nunquid igitur, inquiet ille, hominem quem cogitamus duntaxat, videmus vero nequaquam equum esse nunquam opinabimur, quem in præsentia nec vide-

mus, nec tangimus, verum solummodo cogitamus, nihilq; alind circa illum sentimus? Hæc quidem, ut arbitror,

asserere me fatebor. THE. Et merito. S O C. Tum ille.

Vnde quæ quis solum cogitat, secundum hanc rationem, nunquam putabit esse duodecim, quæ etiam solummodo cogitat. Quid ad hæc? THE. Respondebo: quod ui-

dens aliquis aut tangens forsitan vndeclim, duodecim esse putaret: quæ tamen in cogitatione habet, nunquam similiter iudicaret. S O C. Quid porro, inquit, censes ali-

quem apud se cogitaturum quinque & septem, non homines inquam, quinque & septem, nec alind quicquam eiusmodi, sed ipsa quinque & septem quæ diximus ibi in effigie monumenta esse, & falsa in illis opinari posse neminem? THE. Censo. S O C. Hæc inquam, si qui ita considerent secum, ipse perquirentes quot sunt, nonne illorum aliqui vndeclim, aliqui duodecim iudicabunt? Nisi oes duodecim esse illa dicent, atque putabunt? THE. Non per souem, verum plerique vndeclim: & si quis maiori de numero querat, magis fallitur. Arbitror enim te magis de omni numero dicere. S O C. Recte sentis. Anmaduerte igitur, nū & hoc accidat, hoc est, ut ipsa duodecim quæ in effigie sunt, vndeclim esse quis putet. THE.

Videtur. S O C. Nonne hoc ad superiora reuoluitur? qui enim id patitur quod nouit, aliud quiddam quod similiiter nouit, esse censem, quod tanquam impossibile supra respuimus. Et ex hoc ipso confiteri quemlibet cogimus, falsam opinionem non esse, ne unus atq; idem eadem scire simul atq; nescire cogatur. THE. Vera loqueris. S O C. Ex his iam constat, opinionem falsam aliter esse definiendam, quam cogitationis ad sensum permutationem. nam si ita esset, nunquam in ipsis cogitationibus falleremur. Nunc autem vel nulla est opinio falsa: vel si qua est, quæ quis nouit, ut ignorent simul, fieri potest. Vtrum potius eligis? THE. Ambiguā, o Socrates, electionem proposuisti. S O C. Ambo quidem admittere, ratio uetare videtur. Verūta men audendum oīa. Quid si pudorem deponere audeamus? THE. Quo pacto. S O C. Ausi quid ipsum scire sit pronunciare. THE. Cur hoc impudens? S O C. Haud satis aduertisse videris, quod oīs nobis à principio sermo, in uelutatio scientiae fuit, tanquam quid ipsa sit ignoraremus. THE. Teneo. S O C. Nonne impudentis animi est, ut scientiā ignorantes, quid scire sit, ostendant? Verū, o Theatete, iāpridem à puritate disputandi longè vagamur. millies. n. diximus hæc, cognoscimus, nō cognosci- mus, scimus, nescimus, quasi aliquid inuice intelligamus, cuius interim ignoramus scientiā. Ergo et nunc quoq; si placet, vocabulis istis utamur, ignorare, scire, intelligere, ut illis uti coenit, si quidē scientiæ expertes simus. THE. At quo pacto his sublati, o Socrates, disputare ualeres? S O C. Nullo, dū qualis sum, maneo: possem tamen quoquo modo, si contentiosus essem. Et nūc si quis talis adesset, abstine re ab his vocabulis profiteretur, et nos ab his que ipsa narro, vehementer deterret. Postquam vero simplices et ignari sumus uisne proferre audeā, scire ipsum quale sit? Mihi enim opera precium esse videtur. THE. Aude per sonum. Nam his tibi uenti veniam dabimus. S O C. Audistin' quid hoc tempore scire dicant esse? THE. Forte nō tamen in præsentia memini. S O C. Scientiam habere, id est uti uocant. THE. Sic est. S O C. Nos autem paulum permutantes, scientiā possidere dicamus quæres forte, quoniam hoc ab illo diferrat. nihil forsan. quod autem uideatur mihi id postquam audiueris, mecum examinato. THE.

Modo possum. S O C. Haud sanè possidere idem quod habere videtur: ceu si quis empta veste, illam seruans, & uti arbitratu suo potens, non ferat, habere quidem illā. Aliud est scientiā habere, aliud uti & possidere. THE. Et recte quidem. S O C. Vide præterea vtrum fieri posse, ut qui scientiam similiter possideat, non habeat: perinde ac si quis sylvestres aves, sive columbas, sive quasvis alias uenatus, auario domi constructo nutriat, quodammodo habere semper illas dicetur, quia possidet. THE. Sanè. S O C. k y Quo

Quodammodo verò non habere, sed potestatem quidem esse, cumq; in columbario eas inclusurit, posse quoties velit capere, & habere quamlibet ad votum atq; dimittere. THE. Ita est. s o c. Rursus quemadmodum suprà animis nescio quod figuratum cereum machinatis sumus, ita & nunc in qualibet anima animalium quoddam omnis generis animalia fabricemus: quarum alia scorsim ab alijs distractis gregibus peruagentur, aliae numero paucæ, nonnulla sola passim quocong; contigerit, volentem. THE. Fiat, quid tum postea? s o c. Hanc caueam in pueris uacuam esse dicamus, loco verò animalia scientias intelligamus: & quisquis scientiam natum, hoc coercuit ambitu; hunc inuenisse didicisseq; rem ipsam cuius scientia est, & hoc ipsum esse scire. THE. Esto. s o c. Deinde rursus quācung; velit scientiam ancipari, captamq; habere, iterūq; dimittere: hæc inquam, omnia quibus exprimēda nominibus sint, considera, nunquid eisdem quibus antea cū acquisita dantaxat possidebantur, an alijs? Hinc forte clarius me intelliges. Arithmeticam artem uocas? THE. Voco. s o c. Hanc suppose scientiarū omnis paris, & in paris ancipiū esse. THE. Suppono. s o c. Hac arte arithmeticā ipse scientias numerorum quasi mancipia quædā subiectas habet, & alijs tradit. THE. Prorsus. s o c. Eumq; qui tradit, docere dicimus: qui vero accipit, discere: & eum qui habet ex eo quod in ipsa cauea possider, scire. THE. Maximè. s o c. Quæ sequuntur, diligenter animaduerte. Qui perfectus arithmeticus est, nonne omnes scit numeros? omnium quippe numerorum in eius animo scientie insint. THE. Nil obstat. s o c. Nonne hic interdum vel secum ipse interna, vel externa quedam quæ numero constant, dinumerat? THE. Quidni? s o c. Numerare autem nihil aliud posse ponemus, quæm considerare quantus quisque in numeris. THE. Nil aliud certe. s o c. Quod ergo scit, tanquam nescius considerare videtur, is quæ scire omnem numerum confessi sumus. audiis ambiguitates huiusmodi? THE. Evidem. s o c. Cū columbarum possessioni & ancipio comparauerimus, duplex ancipiū esse dicemus: unum ante acquisitionem possidendi gratia: alterum postquam acquisiuit posseditq; gratia capendi manuq; tenendū illa ipsa quæ quis diu possedit. Atque ita quorum iampridem scientias discendo præditus est, quæ ue antea nouit, ea iterum discere pot, resumens cuiusq; scientiam, & in lucem eruens quæ latebant. THE. Vera narras. s o c. Propterea paulo ante quæ rebam, quomodo nominibus est videntur, cū de ijs loquimur, vt puta quando arithmeticus numeraturus est, vel lectorus grammaticus. Tunc enim sciens, iterum secum ipse quæscit, discere tentat. THE. At absurdum est hoc, o Socrates. s o c. An forte dicendum quæ nescit, ea vel numerare, vel legere, cum ipsi iam literarū oī um vel numerorum intelligentiam tradiderimus? THE. Hoc quog; absurdum. s o c. Vis ergo dicamus nihil curare nos quocong; nominibus sciendi descendiq; quisq; videntur? Postquam vero determinauimus, aliud quiddam esse scientiā possidere, aliud habere, quod quis possidet, ne possideat, fieri non posse dicimus. Quapropter nunquā accidit, vt aliquis quod scit, idem & nesciat. Falsam tamē opinionem circa idipsum accipi posse. Nam accidere potest ut scientiam unius pro alterius scientia capiamus, quādo aliquis nostrum unam quandam ex internis scientijs ancipas, pro

illo aliam præuolantem deceptus apprehendit. Veluti cū vndeclim duodecim esse putat, ipsorum vndeclim scientiā loco scientiā ipsorum duodecim, cum vtrag intus maneat, capiens quasi pro columba palumbem. THE. Verisimile id quidem. s o c. Cum vero quam affectat, apprehendit, tunc expertem esse mendacij, veraq; nimis opinari dicendum. Et hoc modo veram & falsam opinionem existere, nihilq; ex ijs quæ nos suprà turbabant, impedimento nobis fore. Forte mihi assentieris, an quid ages? THE. Assentiar. s o c. Iam discriben illud eu: simus, quo nescire aliqui quæsciunt, cogebantur, nū quæ possideamus, ne possideamus non accidit, neg, si fallamur, neg, si vere iudicemus. Veruntamen aliud quiddam grauius mihi videtur. THE. Quidnam hoc? s o c. Si scientiarum comutatio, falsa sit opinio. THE. Qui isthuc? Nonne valde absurdū est, vt qui rei cuiusdam scientiam habet, eam ipsam ignorat, non ignorantia quidē, sed ipsius eiusdem scientia? Deinde rem hanc aliam quādā, & contrā illam hanc esse existimet? quām præter rationem hoc est, quod præsente scientia animus cognoscat nihil, ignorat oī a? Enimvero secundum hanc rationem nihil prohibet. quin ignorantia præsens, nosse quicquam effidat, & citatq; videre, si scientia ignorare quenquam efficerit. THE. Haud recte forsitan, o Socrates, aues induxit, cum solas in aō scientias poneremus: oportebatq; inscitas quoq; vna eum scientijs in animo conuolantes, inducere, & ancipantem hominem nonnunquam scientiam, sepe inscitiam circa idem accipientem: cumq; in scientiam incurrit, vera opinantem: cum ignorantiam, falsa. s o c. Difficile est te non laudare theatete, quod tamen dixisti, iterum animaduerte. Esto enim vt aīs. Qui in ignorantiam inciderit, falsa, vt aīs, opinabitur: nōne? THE. Certè. s o c. Non tamen falsa se opinari putabit. THE. Non certe. s o c. Sed vera potius, & tanquā sciens afficietur ad illa in quibus errat. THE. Cur non? s o c. Et idcirco scientiā natum se venando, non inscitiam arbitrabitur. THE. Patet. s o c. Iam longo quodū circuitu in primā rursus dubitationem relapsi sumus, quippe contentiosus redargutor ille subridens, dicet, vtrū, o boni viri, veranque noscens aliquis scientiā & inscitiam quam nouit, aliam quandā quam etiam nouit, esse censem? aut neutrā noscens, quam nō nouit, aliam quā nec nouit? aut vna cognoscens quidem, alteram minime, quam nouit eā esse quā nō nouit: vel contrā quam non nouit, eam esse quā nouit? vel rursus mihi dicetis, scientiarū et inscitiarū scientias esse, quas qui possidet, in alijs quibusdam ridiculis canis sine teres figuratis includens, quatenus possidet, scit, etiam si in protu non habeat. Atque ita cogemini in infinitū circa idem revolui, nihil proficiet. Quid ad hæc, o theatete? THE. Per sonem, o Socrates, quid respondendū sit, nescio. s o c. Nōne ratio nos, o theatete, admonet, non recte falsam opinionem prius quam scientiam investigasse, & indiscutam scientiam reliquisse? impossibile aut est ista cognoscere, antequā sufficienter scientia definita sit? THE. Necessariū, o Socrates, quod aīs in p̄sentia, afferere. s o c. Quid ergo à principio rursus de scientia differemus? nondum n. dicendo defesi sumus. THE. Non certe, siquidem ipse non renūs. s o c. Dic age, quo pacto eam definientes, nobisip̄si minimē aduersabimur? THE. Quemadmodum suprà conten- dimus.

dimus nihil enim aliud habeo. s o c. Quomodo supra. THE. Veram opinionem scientiam esse nollebam. nam ue re opinari procul est ab errore: & quæ uera opinione proficiuntur, decora omnia bona sunt. s o c. Qui in transiendo flumine præter sequentibus, cum interrogant quæ alia sit aqua, ipsa ostendet, inquit. Quod si & nos ingressi perquiramus, forte impedimentum ipsum quod queritur, demonstrabit, manetibus nobis nihil patet. THE. Prober loqueris. eamus iam quæsturi. s o c. An non brevis investigatio hoc est? Ars etenim uniuersa argumento nobis est scientiam id minime esse. THE. Quæ ratione? quæ uera haec facultas? s o c. Eorum qui præceteri sapientes sunt, quos oratores & causidicos vocant: his siquidem arte sua persuadent, non docent, inducunt. n. auditores, ut quæ ipsi cupiunt, opinetur. An tu aliquos adeo in docendo vehementes existimas, ut cum latrocinijs alijsq; iniurijs nulli testes interfuerint, tamen commissorum scelerum ueritatem ad aquam paucā doceant? THE. Nullo modo docere illos, sed persuadere puto. s o c. Persuadere autem, nonne idem afferis quod & opinionem inducere. THE. Idem prorsus. s o c. Nonne quando iudices iuste persuadentur in his quæ solus ille qui uidit, cognoscit, alius autem nequaquam, tunc ipsa ex auditu iudicantes, utramq; opinionem nacti abs scientia, recte indicant ea in quibus persuasi sunt, si modo bene iudicant? THE. Omnino. s o c. Si tamen idem esset, o amice, opinio vera iudicij & scientia, nunquam index ille summus abs scientia recte opinaretur. Nunc autem utrumque diuersum quiddam esse uidetur. THE. Quod ab aliquo de scientia quandam audiui, oblitus eram, sed iam remunctor. Inquit autem opinionem ueram cum ratione scientiam esse, sine ratione expertem scientia: & quæ ratione carent, sciri non posset: quæ vero rationem habent, sci ri. s o c. Quam præclarare loqueris. Sed hæc ipsa quæ sciri possunt, & quæ non, dic quomodo distinguebat, ut videamus virum tu & ego similiter acceperimus. THE. Inuenturus ne sim ignoro, forte vero ex ponente alio quodam assequerer. s o c. Audi igitur pro somnio somnum. ego quoque accepisse à quibusdam mihi videor prima ipsa velut elementa ex quibus homines & alia componuntur, rationem non admittere. Nam unumquodq; illorum secundum seipsum nominare licet, appellare vero aliquid aliud minime, neque quod est, neque quod non est. iam enim essentiam ipsi vel non essentiam adhiberi continget. Oportet autem nihil apponere, si quis illud ipsum solum dicat. Etenim nego ipsum, neq; illud, neq; unumquodq;, neq; solum, neq; istud, neq; cetera talia adhiberi volunt. Hæc enim circumcurrentia omnibus adhiberi, et alia quædam esse aiunt præter illud cui sunt adiecta. Oportere autem siquo modo posset ipsum dici, rationemq; propriam admitteret, scorsum ab alijs omnibus ipsum dici. Nunc autem nullum ex primis oratione posse proferri, nihil enim aliud ipsi quam nomen adesse, solumq; nomen habere. Que vero ex illis composita sunt, quemadmodum ipsa copulatur, sic & illorum nomina copulata orationem fieri. Nominū quippe copulationem orationis esse substantiam. Quocirca elementa sine oratione ratione, & incognita esse, sensibus tamen percipienda: syllabas autem & cognosci & dici posse. & uera opinione comprehendendi. Quando ergo absque ratione opinionem de aliquo ueram aliquis

adipiscitur, uera quidem de illo eius sentire animum ferunt, nosse uero nequaquam. Nam cum qui accipere & reddere rationem nequit, insciū esse. Cum vero rationem consequitur, haec omnia cognoscere posse, perfectamq; scientiam adipisci. Sic & tu insomnum an aliter audisti? THE. Sic omnino. s o c. Num tibi id placet? & hoc paclō opinionem ueram vna cum ratione scientiam asseri? THE. Et maximè quidem. s o c. Siccine theatete nos hodie id comprehendimus, quod olim sapientes quæplurimi inuestigantes, antequam inuenirent consenserunt? THE. Mili quidem, o Socrates, quod modo dictum est, benè dictum esse videtur. s o c. Et merito, nam quæ scie tia absq; oratione rectag, opinione vñquam esse poterit? vñnam tamen ex dictis mili dispergit. THE. Quod illud? s o c. Quod sanè magnificentius dici videbatur, elemen ta ignota esse, syllabarum aut genus notum. THE. Nonne recte? s o c. Advertendū profecto. Nam velut vades sermonis exempla ipsa habemus, quibus ille uetus, hæc oīa dixit. THE. Quanam? s o c. Literarum elementa & syllabas an putas alio intuentem, hæc dicere illū qui De literarū elementis, et dicit quæ ipsi narramus? THE. Non ad alia certe, sed ad syllabis. ista duntaxat. s o c. Ea igitur recensentes examinemus. imò vero sic nosmetipso, nonne literas ita didicimus? Reffōde ad hoc primū, an non syllabæ rōnem definitionēmue habent, elementa vero minime? THE. Forte. s o c. Mihi quoq; omnino videtur. Si quis ergo ita de prima Socratis syllaba percontetur, o theatete, dic quid est? Quid potissimum respondebis? THE. Quod s, & o. s o c. Habet ergo hæc syllabæ rationem. THE. Evidem. s o c. Age, dic præterea ipsius rationem. THE. At quo paclō quis elementa elementa referre posset? Etenim ipsum s, o Socrates mutarum literarum sonus quidā est solum lingua veluti sibilante ipsius aut b, neq; vox, neq; sonus, neq; plurimorum elementorum. Quocirca recte admodum absque ratione esse dicuntur. è quibus septē illa notissima voces habent, rationem vero nequaquam. s o c. Hoc itaque, o amice, circa scientiā recte afferuimus. THE. Videmur. s o c. Quid vero cū diximus ignotū elementum, syllabā esse notam, nūquid recte? THE. Probabile est. s o c. Syllabam vero utrū elementa utraq; esse dicimus? vel etiā si plura in sint quam duo, oīa esse? An potius ideam unā ex ipsis cōpositis genitam? THE. Cuncta dicere mihi uideruntur. s o c. Affice igitur circa duo, s, & o, si utraq; prima mei nominis syllaba sunt, quisquis ipsam nouit, utraq; noscit. THE. Quidni? s o c. Ergo s, & o, cognoscit. THE. Planè. s o c. Quid porro, si utrumque ignoret, ambo cognoscet? THE. Et absurdū, & præter rōnem hoc esset. s o c. Veruntamē si necessarium est utraq; nosse, quandoquidē ambo quis nouerit, sequitur ut necesse sit eū elementa prænosse, qui syllabā quandoq; sit cognitorus, atq; ita vobis pulcher ille sermo effugies elabetur. THE. Et repente nimiū. neque n. benè illum custodimus. Oportebat forte syllabam non elementa ponere, sed vna quandā ex illis speciem constitutā, quæ ideam unā suspensus habeat, & ab elementis differat. s o c. Sic prorsus, ac forte hoc modo potius quam illo se habet. Quām obrem considerandū est diligenter, neque ita ignave sermonem tam magnū tamq; præclarum prodi deceat. THE. Non profecto. s o c. Esto igitur syllaba, ut modò dicebamus, idea vna ex singulis congruentibus elementis, tam in li-

teris quam in ceteris omnibus factis. THE. Proclus. s.o.c.
 Nunquid partes illius esse non oportet? THE. Curnam?
 s.o.c. Quoniam enunciung partes sunt, totum necesse est
 partes omnes existere. an totum unum quandam speciem
 ex partibus, factam vocas, ab omnibus partibus differe-
 tem. THE. Evidem. s.o.c. Omne vero et totum idemne,
 an differens utrumque vocas? THE. Quanquam nihil ha-
 beo certi, tamen quia prompte respondere iubes, periculum
 faciens ait differre. s.o.c. Promptitudo, o Theatete, re-
 sta. Utrum vero et responsio recta, considerandu. THE.
 Profecto. s.o.c. Nonne secundum hunc sermonem totum
 & omne differunt? THE. Certè. s.o.c. Quid porro? om-
 nia, & omne, nū aliquo differunt? Veluti cū dicimus,
 unū duo, tria, quattuor, quinq, sex, vel bis tria, vel
 ter duo, aut quattuor ac duo, aut tria duo, & unum;
 utrum in his omnibus idem an aliud dicimus? THE. Idē
 penitus. s.o.c. Aliudne quam sex? THE. Nihil aliud.
 s.o.c. Nonne in uno quoq, loquendi modo omnia sex inue-
 nimus? THE. Ita. s.o.c. Rursus autem non unum ali-
 quid dicimus, dum dicimus oīa? THE. Necesse est. s.o.c.
 Num aliud quam sex? THE. Nihil aliud. s.o.c. Ergo
 in his que numero constant, idē esse omne et oīa dicimus.
 THE. Sic apparet. s.o.c. Sic uig de ipsis dicamus: inge-
 ri numerus, & ingerum idem, nonne? THE. Idē. s.o.c.
 Et stadij numerus stadij similiter? THE. Et hoc. s.o.c.
 Exercitus quoq, ipsius numerus et exercitus ipse, ceteraq,
 huiusmodi eadem pacto? Numerus. n.oīs existens omne uni-
 quoq, illoru. est. THE. Sane. s.o.c. Singulorum aut nu-
 merus, nū aliud est quam partes? THE. Nequaquam. s.o.c.
 Quæcumq, igitur partes habet, ex partibus constat. THE.
 Apparer. s.o.c. Omnes aut partes totū esse concessum est,
 si quidem oīs numerus omne est. THE. Ita est. s.o.c. To-
 tum itaq, non constat ex partibus: omne. n. est, quidem
 quidem oīs est partes. THE. Non uidetur. s.o.c. Pars
 id quid est, an est alterius quam totius? THE. Ipsius uig,
 omnis. s.o.c. Strenuè Theatete pugnas, ipsum oī, nonne ex
 eo est omne quid nihil deest? THE. Necesse. s.o.c. Totum
 quoq, nonne eadem ratione totū, quia nihil abest. Cui ve-
 rò nihil deest, neq, tamen totū est, neq, omne ipsum est ex
 seipsum. THE. Videtur mihi nunc totū et omne nihil dif-
 ferre. s.o.c. Nonne diximus cuius partes sunt, totum,
 & omne partes omnes esse? THE. Planè. s.o.c. Rursus
 quod paulo antea tentauimus, nonne si syllaba elementa nō
 est, necesse est eam non tanquam partes suas elementa ha-
 bere? aut si eadem est cum illis, que ac illa cognosci posse?
 THE. Ita certe. s.o.c. Ne hoc accideret, aliud ipsam quam
 illa posuimus. THE. Aliud. s.o.c. Quid vero si elemen-
 ta syllabæ partes non sunt, num alta quedam referre potes,
 que partes quidem syllabæ, neq, tamen illius elementa sint?
 THE. Nunquam ego partes vocarem quæ elementa nō sunt.
 Ridiculum quippe omib;is elementis alia querere. s.o.c.
 Omnino igitur secundum hanc rōm, o Theatete una qua-
 dā impartibilis idea syllaba esse videtur. THE. Videtur
 sane. s.o.c. Nū recordaris amice, nos in superioribus ad-
 misse, quid primoru ex quibus alia componuntur rō nō
 est, ex eo quid ipsum secundū seipsum unumquodq, sim-
 pliiter existeret, neq, ipsum esse de illo cōgruē dici posset,
 neq, hoc, neq, ita quasi hac extranea aliena q, sint, & hac
 ipsam causam obstat diximus quo minus describi cogno-
 sci posse? THE. Memini. s.o.c. Est' ne alia causa pra-
 ter hāc, quæ uniforme, & impartibile aliud ipsum fa-
 ciat. Nam ego nullam aliam video. THE. Nō uidetur.
 s.o.c. Nonne in idem cū illo syllaba quoq, cōcurrit, quando-
 quidem species est, nec habet partes, sed idea una est? THE.
 Maximè. s.o.c. Si igitur multa elementa syllaba est, et
 totū quiddam, eiusq, partes, ista similiter syllaba et ele-
 mēta cognosci describī possunt: quippe cum partes oīs
 idē quidem & totum esse cōsiderit. THE. Præcipue. s.o.c.
 Sin autem unū quiddam, & simplex, aequa syllaba atq,
 elementū definitionis cognitionisq, est expers. Eadem. n.
 causa talia hāc efficiet. THE. Aliter afferere nequeo.
 s.o.c. Eius ergo sermonē ne admittamus, qui dixerit syllabā quidem dici & cognosci posse, elementa vero nequa-
 quā. THE. Non certe, si huic rōni credimus. s.o.c. Quid
 si quis contraria dixerit, an non potius illa concederes, ex
 his quorum tibi ipsi in primis literarum rudimentis con-
 sciens extutisti? THE. Quānam ista? s.o.c. Quid nihil
 aliud discere studiasti, quam elementa oculis auribusq,
 discernere, & singula secundum seipsa notare, ne illoru
 positio vel cum dicerentur, vel cum scriberentur, te tur-
 baret. THE. Vera narras. s.o.c. Citharistæ vero artem
 didicisse, quid aliud est quam unūquaque tonum cuiusq,
 chordæ dignoscere? Hac enim elementa musica quilibet
 appellaret. THE. Nihil aliud. s.o.c. Cum ergo elemen-
 torum, & syllabarum periti fuerimus, velimurq, ex
 his ad alia coniecturam facere, afferemus profectō genus
 elementorum clariorem principalioremq, intelligentiam
 continere quam syllabam, ad singulas disciplinas abso-
 lute percipiendas. Et si quis notam syllabam, elemen-
 tum natura ignotum dixerit, ultero illum vel inuitum
 ludere putabimus. THE. Et maximè quidem. s.o.c.
 Ceterum alia quoque eiusdem rei demonstrationes meo
 uidere sint: propositi vero ne propter hāc obliuiscamur,
 quid scilicet de hoc indicandum sit quod dicitur, rōnem
 si cum opinione vera coē at perfectā scientiam esse. THE.
 Inquirendum omnino. s.o.c. Dic age, quid λόγος nobis. Græci
 hic significet. E' tribus enim unum quiddam significata
 re mihi videtur. THE. E' quibus? s.o.c. Primum esse
 arbitror cogitationem suam voce per verba nomināq, ex
 primere, opinionem propriam in voce perinde ac in specu-
 lo & aqua monstrantem. Nonne tale quiddam oratio
 tibi esse videtur? THE. Mihi vero. s.o.c. Eum qui hoc
 agit, loqui dicimus. Nonne hoc quisque facere potest?
 ostendere scilicet ocyus aut tardius, quid sibi de singulis
 videatur? nisi forte mutus vel surdus natura sit. At-
 que ita quicunque recte aliiquid opinātur, metā λόγος op-
 nari videntur. Ac nunquam recta opinio sine scientia
 erit. THE. Vera hāc sunt. s.o.c. Ne igitur facile con-
 demnemus eum, qui scientiam quod nunc diximus af-
 firmavit, quasi nihil dicat. Forte enim non id uolebat,
 sed interrogatus quid unum quodque, respondere per ele-
 menta interroganti posbit. THE. Quale id inquis, o
 Socrates? SOCR. Quemadmodum Hesiolus de curru
 dicit: Centum ligna currus, que quidem ego dicere
 haud possem, neque tu etiam vt opinor. sed satis nobis
 erit, si interroganti quid est currus, respondere poteris.
 rotæ, axis, tabulæ, semicirculi, iugum. THE.
 Omnino quidem. SOCR. Ille autem forte nos exi-
 stimaret tanquam interrogatos de tuo nomine, re-
 spondentesq, per syllabam ridendos esse, recte quidem
 opinan-

opinantes dicentesq; quod dicimus, putantes aut grāmaticos esse, & grammaticē habere ac dicere theateti noīs rationem: hoc autē non ē secundum scientiam loqu, an tequam per elementā cūm opinione vera vñūquodq; quis determinet, quem admodum suprā dictū est. THE. Dicūlum procul dubio. s o c. Si utiq, & de curru nos rectā opinionem habere. Eum verō qui centum illa percurrere potest, ipsius currus essentia accipiens, rōnem quoq; vna cūm vera opinione comprehendisse: loco opinantis, artificiosum & scientia compote circa currus essentiam euafisse, per elementā totū determinantem. THE. Nōnne bēnē tibi videtur, o Socrates? s o c. Si tibi, o amicē, videtur ac approbas hunc per elementā circa vñūquodq; discursum rationem ēsse, aut eum qui per syllabas aut manus quiddam sit, ēsse rationis expertem, Volo mihi dicas, quo diligentius consideremus. THE. Approbo, & maxime quidem. s o c. Num ita, vt existimes quilibet cuiusvis scientem ēsse, quando vnum idemq; nunc vnius eiusdemq; nūc alterius ēsse, ei videatur? Vel quādō vnius & eiusdem nunc hoc, nūc illud ēsse opinatur? THE. Nō per sōnem. s o c. Num memoria excidit, in discendis litteris quod tibi & alijs acciderunt hæc sēpe? THE. Solitōne dicas eiusdem syllabā nunc hanc, nunc illam literā opinari? Eandēm ueram alias in syllabam propriam, alias in alienam referre? s o c. Hæc inquam. THE. Nec oblitus sum, nec eos qui sic affecti sunt, scire arbitror. s o c. Quid verō? Si quis eo in tempore theatetum scribens th, & e, scribendum putet, scribatq;, & rursus Theodorum scribere volens th, & e, scribendum putet & scribat, nunquid scire illum dicemus primam vestri nominis syllabam? THE. Paulō antē inter nos conuenit, eum qui sic institutus est, nondum scire. s o c. Quid prohibet hoc idem aliquem circa secundam, tertiamq;, & quartam syllabam pati? THE. Nihil omnino. s o c. Nū quid tunc discursum per elementum habens theatetum rectā cūm opinione scribet, quando ordine suo scribet? THE. Absq; dubio. s o c. Nōnne adhuc inscius, sed rectē opinatus, vt diximus? THE. Certe. s o c. Et rōnem habens cūm opinione rectā? nam discursum per elementū habens, scriptis, quam rōnem ēsse consensimus. THE. Verum. s o c. Est igitur, o amicē, quedā cūm rōne opinior rectā, quam scientiam appellare nondum decet. THE. Apparet. s o c. Somnium quoddam, vt videtur, nacti sumus, dum verisimiliter scientie rōnem habere cōsidēmus. THE. Aut nōdum vituperare debemus, forte. n. quissimā nō ita λόγοι definit, sed reliquā ē tribus speciem eligat, ē quibus vna quandam electurum diximus illum, qui scientiam ēsse opinionem rectam cum ratione assuerabat. s o c. Opportūne admonuisti. Adhuc enim species vna restat: prima quidem erat idolum cogitationis in voce, secunda verō in totum per elementā processus. THE. Tertiam autem quid dicit? s o c. Quod & plurimi faterentur, posse videlicet quandam veluti notā afferre, qua ab alijs oībus id de quo agitur, differat. THE. Quam mihi, cuiusue definitionem talē assignare potes? s o c. Vt ecce de sole, si velū, approbabis arbitror, quod luce praecepsit oībus quāc circa terram in cōlo volūntur. THE. Omnino. s o c. Accipe cuius gratia hoc est dictum, est autem quod modo referebamus. Si differentiam cuiusq; accipias qua ab alijs est distinctū, definitio-

Differētia
ter cognosc
re & opina
ri.

Tres species
rationis.
Est quæda
opinio rectā
cum ratione,
qua non est
scientia.
sibi de singulis
statu a sit.
autem λόγοι
fine scimus
vitur facile
anc diximus
non id uslebat
fundere per ele
male id inquit,
scimus de curta
dēm ego dico
sed facit nū
fundere patet
angum. THE.
forte nos ex
nomini, re
rectē quidem
opinio

Quæda de
definitione.

S O C R . Nunquid fœtus in nobis alius circa scientiam , ò amicè , restat ? an oīa iam peperimus ? T H E . Per Iouem plura quam in me haberem , educente te protuli . S O C . Nónne cunel a nobis hæc ars obstetricia , vana , educatio neq̄ indigna nata fuisse ostendit ? T H E . Oī no quidem . S O C . Si igitur aliorum deinceps plenum facundum q̄ te fieri contedes , prægnansq; euades , melioribus plenus eris propter præsentem discussionem . quod si forte vacuus ste rilis q̄ manes , minus certe moleslus familiaribus eris & moderatior & mirior , nequaquam qua nescis scire te pu tans . Tantum quidem ars mea , nec aliud pterea quic quam potest : nec ea noui qua aliq multi , quicq; magni atq; mirandi viri , & sunt , & fuerunt . Hæc vero ob stetricia facultate ego ac mater mea à deo sortiti sumus , illa quidē circa fœminas , ego aut circa adolescentes inge nuos atq; honestos . Sed nunc iam eundū mīlest in regis porticum : nam Melitus in iudicium me vocavit . Cras summo mane , ò Theodore huc redibimus .

I O P L A T O N I S , V E L , D E F V R O R E P O E T I C O .

M A R S I L I Y F I C I N Y A R G V M E N T .



LATO noster , optimè Laurenti , furorem in Phædro , mentis alienationem definit . Aliē nationis autem duo genera tradit . Vnam ab humanis morbis . Alteram à deo provenientē . Insaniam illam , hanc diuinum furorem nuncupat . Insania , infirmità hominis speciem homo deycit , & ex homine brutum quodammodo redditur . Diuino furore suprà hominum naturam erigitur , & in Deū transit . Est autem furor diuinus , illustratio rationalis animæ , per quam Deus animam à superis delapsam ad infera , ab inferis ad su pera retrahit . Lapsus animæ ab ipso uno rerum omnium principio ad corpora , per quattuor gradus efficitur , per mentem , rationem , opinionem , atque naturam . Nam cum in omni rerum ordine sex gra dus existant , quorum sumnum tenet ipsum unum : infinitum corpus ; media vero sint quattuor qua prediximus , necesse est quicquid à primo ad ultimum labitur , quattuor per media cadere . Ipsu unū rerum omnium terminus , & mensura , infinitatis & multitudinis expers . Mens multitudo quidem , sed stabilis & eterna . Ratio , multitudo mobilis , sed finita . Opinio , multitudo mobilis infinita , sed substantia punctis momentisq; diuisa . Hæc omnia resipicit anima nostra , per hæc descendit , per hæc & ascensit . Ut enim ab ipso uno quod omnium principium est , producitur , imitatem quandam sortita est , que omnem essentiam eius , vires , actionesq; unum : à qua , et ad quam , ita cetera qua in anima sunt : se habent , sicut à centro , & ad centrum circuli linea . Unum vero non modo animæ partes in uicem , & ad totam animam , sed animam totam ad ipsum unum , rerum omnium causam . Ut aut à mente diuina dependet , rerū omnium ideas per mentem actu stabili contemplatur . Ut seipsum resipicit , rationes rerum universales cogitat , & a principiis ad conclusiones ratione discutrit . Ut corpus resipicit , particulares rerum mobilium formas opinionem concipit , easq; percurrit . Ut materiam attingit , natura velut instrumento vititur , quo mutat materiam : mouet , & format : unde generationes , augmenta , eorumq; contraria proficiuntur . Cernis igitur quod ab uno quod super eternitatem , in eternam multitudinem labitur , ab eternitate in tempus , à tempore in locum atque materiam . Quare sicut per quattuor descendit gradus , per quattuor ascendit necesse est . Furor autem diuinus est qui ad superna conuerit , ut in eius definitione constituit . Quattuor ergo species diuini furoris existunt : primus quidem poeticus furor : alter mysterialis : tertius vaticinum : quartus amatorius affectus . Est autem poesis à Musis , mysterium à Dionysio , vaticinum ab Apolline , amor à Venere . Redire quippe ad unum animus nequit , nisi ut ipse

vnum efficiatur . Multa vero effectus , est lapsus in corpus , in opera tiones varias distributus , respiciensq; ad singula . Ex quo partes eius superiores penè obdormiunt , inferiores alijs dominantur : ille torpore , hæ perturbatione afficiuntur : totus vero animus discordia & incon cinnitate repletur . Poetico ergo furore in primis opus est , qui per musicos tonos qua torpient suscitet , per harmoniacam suavitatem qua turbantur , mulcat : per diuersorum deniq; consonantiam dissonan tem pellet discordiam , variasq; partes animi reparet . neq; fatus hoc est . Multitudo n. adhuc in animo restat . Accedit ergo mysterium quod expiationibus sacrifīcīs , & omni deorum cultu omnium partum intentionem , in mentem , qua deus colitur , dirigit . Unde cum singula anima pares ad unam mentem relati & sint , iam totum quoddam vnum ex pluribus factus est animus . Tertio vero adhuc opus est furore , qui mentem ad unitatem ipsam anima caput reducat . Hoc Apollo per vaticinum efficit . Nam cùm aīa suprà mentem in unitatem surgit , futura præsigit . Demum cùm aīa unum facta est , vnum inquam quod in ipsa essentia dī in īest , restat ut illici in vni quod est super essentiam , conuertatur . Hoc calefīs ipsa Venus per amorem , hoc est , diuinæ pulchritudinis desiderium , boniq; ardorem explet . Primus itaq; furor inconcinnus , & dissonantia temperat . secundus temperatus , vnum totum ex partibus efficit . tertius vnum totum suprà partes , quartus in vnum quod super essentiam & totū est , ducit . Primus bonum equum i. rationem opinionemq; à malo equo i. à phantasia confusa & natura , dislinguit . Secundus malum equum bono , bonum aurigae i. menti subiicit . Tertius aurigam in caput suum i. in unitatem mentis apicem dirigit . Postremus caput aurigae , in caput rerum omnium vertit . ubi auriga beatus est , & ad præsepe i. diuum pulchritudinem sistens equos , obicit illis am brosiam , & super ipsam neclar potandum i. visionem pulchritudi nis , & ex visione letitiam . Hæc quattuor furorū opera sunt , de quibus generatim in Phædro Plato diffusat , propriè vero de furore postremo i. amore , in Symposio : de primo , hoc est furore poetico , in præsenti dialogo qui lo inscribitur : quem in Phædro ita definit : Poeticus furor est occupatio quedam à Musis , que sortita lenem & insuperabilem dī am , excitat eam atq; exagitat per cantilenas a lianq; poesim , ad genus boīum instruendum . Occupatio significat raptum dī & conuersiōnem in Musarū numina . Lenem dicit quasi agilem à Musisq; formabilem . nisi n. præparata sit , non occupatur . Insuperabilem , quia postquam raptā est , superat oīa , & de nulla rerum inferiorum inquinari , vel supèrari potest . Exuscitat è somno corpora ad vigiliam mentis , ex ignorantia tenebris ad lucē , ex morte ad vitam , ex obliuione lethæ ad diuorum reminiscientiā renocat , exagitat , stimulat , & inflamat ad ea qua contemplatur & præsigit carminibus exprimenda . Post definitionem addit , eum qui sine furore Musarum poeticas ad fores accedit , inanem esse ipm atq; eius poesim , quasi tanti sit poesis , vt absq; summo Dei favore cō parari nequeat . Eadem in Ione hoc tradit , & unde sit hic furor , & per quod descendat gradus edocet . Inquit aut in libro quarto de legibus Plato , Deum , fortunam , & artem , humana oīa gubernare . Quo sit vt poesis vel Dei donum sit , vel fortuna , fors , vel artis opus . Quid istorum potissimum verum sit , Socrates cum Ione rhapsodo perquirit . Rhapsodus aut hoc in libro significat , recitatorem interpresq; , & cantorem carminum . Interpretabatur Io Homeris carmina , & coram populo ad lyram canebat , atq; ita erat affeclus , vt alium poetam nullum præter Homerum exponeret , etiam si eadem qua Homerus facilitate reserret . Homer aut omnia celeriter explicabat . Vnde sic argumentatus est . Aut casu profert Io quæ scribit Homerus , aut arte , aut afflatus diuino . Non casu , quia nō omnia , sed pauca quedam , & absq; continuatione ordinęq; interpretabetur . Non arte , quia quisquis artem integrum habet , quicquid eidem arte subiectum est , iudicat . Eadem vero studio poetico subiecta sunt Hesiodi aliorumq; poemata , cui Homeris , præsertim quæ de eisdem tractant , quæ tamen Io non percipit , cum Homerum persicè exponat . Ergo non arte indicat . Restat ut inspiratione diuina . Ex quo patet quod interpres poeta Io , & alijs multi qui simuliter affeclti sunt , diuino insinuūt alienam poesim interpretantur . Quod si ad percipiendam poesim tam traditam humanum ingenium non sufficit , multo minus ad inuentiōnem sufficit . Quare nec Homerus , nec alijs quisvis reuera poeta absq; celesti afflatu poesim consecuti sunt . Quod & alijs modis Socrates hic ostendit . Primo sic , Omnes artes & scientias poetæ tradunt , sed oīs didicisse humano studio impossibile est , cū vnicam ex parte percipere sit difficultius . Non igitur arte humana , sed diuina quadam infusione preferunt . Cuius rei argumen tum est , quod pleriq; rates postquam furoris remissus est impetus , q; scripserunt , non statim intelligunt , cū tamen recte de singulis artibus in furore tractauerint , quid singuli illarum opifices legendi diu dicant . Præterea sepe videmus rudem hominem , & ineptū subito in poetas